
DE GRAECORUM TERTIO QUOD VOCATUR FUTURO.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES IN UNIVERSITATE LITTERARUM VIADRINA VRATISLAVIENSI RITE CAPESSENDOS DIE XXIX MENSIS IULII ANNI MCMXI HORA XII IN AULA LEOPOLDINA UNA CUM THESIBUS PUBLICE DEFENDET



IOANNES CAKOT

SILESIUS.

ADVERSARII ERUNT:

I. GROEGER DR. PHIL. DES.

E. WIESNER CAND. PHIL.

VRATISLAVIAE

TYPIS H. FLEISCHMANNI

MCMXI.

De dissertatione probanda ad ordinem philosophorum rettulit
Richardus Foerster.

Examen rigorosum habitum est die VIII mensis Februarii
anni MCMXI.

RICHARDO FOERSTER

SACRUM.

Argumentum.

Graecae et Latinae linguae proprium est futurum ex perfecto derivare[1]. Sed pariter ac perfectum Graecum a Latino significatione differt, futurum perfecti Graeci a Romanorum futuro quod dicitur exacto significatu, ut infra planius demonstrabimus, diversum est. Hic id solum praefari volumus futurum illud Graecum male exactum neque minus inepte cum veteribus grammaticis μετ' ὀλίγον μέλλοντα sive paulopostfuturum[2]) dici, quorum nominum alterum parum subtile, alterum ad partem modo huius generis futurorum accommodatum est. Quare id in hac dissertatione perfecti futurum vel quod vulgo dicitur tertium futurum nominabimus.

Unica exstat adhuc paulo uberior de futuro tertio disputatio, quam anno 1844 scripsit Iansonus[3]). Quae haud paucis locis imperfecta et obsoleta est. Imprimis usus, quem cognoscere ad studium grammaticae summi est momenti, parum ex ea hauriri potest, ita ut accuratius de perfecti futuro disserere non inutile mihi visum sit.

Libros scriptorum Graecorum usque ad Aristotelis aetatem omnes perlustravi, e posterioribus Polybium et Aristeam. Permultorum vero perfecti futurorum indicem

---

[1]) Cf. Io. Schmidt, Die Verwandtschaftsverhältnisse der indogerman. Sprachen, Weimar 1872 p. 20.

[2]) Stephan. schol. in Dion. Thr. p. 251_{17} Hilgard; Theodos. Al. Canones p. 61_{3} Hilgard; Choerobosc. schol. in Theodos. Can. p. 207_{31} Hilgard; Eust. ad Il. ω 58; Priscian. Instit. VIII 38 p. 405_{16} Hertz.

[3]) G. L. Ianson, De Graeci paulopostfuturi forma atque usu, Acropaulae 1844.

cum aliorum tum poetarum Romani et Byzantini aevi liberalissime mihi praebuit Richardus Foerster; alia collegi plurima ex lexicis et grammaticis libris [1].

Atque primum de forma, deinde de significatione, tum de usu huius temporis disseram, postremo catalogum addam omnium, quae ad Alexandri aetatem in Graecorum libris inveniuntur, perfecti futurorum, et quae quidem mihi innotuerint, posteriorum temporum.

A. De futuri tertii forma.

I. De eius origine.

Futura tertia, ut τεθνήξω, βεβλήσομαι, γεγράψομαι, τετάξομαι, omnia videmus et reduplicationem stirpemque perfecti et terminationem futuri - σω sive - σομαι habere. Quid igitur videtur probabilius quam ea futura ex perfectis enata iudicare? Et probatur haec sententia summo iure ab omnibus recentioribus grammaticis. Nam Frankio [2], qui omnia fere futura tertia in „reduplicatis" futuris numerat, quae ex verborum stirpibus, non ex perfectis orta sint, minime assentiri possumus. Scribit enim p. 17: „*da der* μετ' ὀλίγον μέλλων *auch wohl als attische Tempusform* („ὁ παρὰ τοῖς 'Αττικοῖς μετ' ὀλίγον μέλλων" *in Bekk. anecd. II 892*) [3]) *bezeichnet wird, so*

---

[1]) Imprimis inspexi hos libros: Veitch, Greek Verbs⁴; Kuehner-Blass I 2³ p. 343—577; Curtius, Verb. II² p. 265 ss.; Stahl, Synt. p. 84; 143; Lautensach, Verbalflex. d. att. Inschriften, Gotha 1887 p. 17; Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. att. Inschriften³ p. 187 et 193; La Roche, Beiträge I p. 79 s.; 230 ss.; praef. p. XVII; Kontos Λόγιος Ἑρμῆς, Lugduni Bat. 1866 p. 126 ss. et 535 ss.; Croenert, Memoria Graeca Herculan. 1903 p. 211; Mayser, Gr. der griech. Papyri aus der Ptolemaeerzeit 1906 p. 377; Schmid, Atticismus I—IV. Ceteri quos adhibui libri in contextu ipso suo quisque loco afferentur.

[2]) Aug. Franke, Das Futurum im Griechischen, Gött. 1861 p. 18.

[3]) Cf. Theodos. Al. Canones p. 61_3 Hilgard: Μετ' ὀλίγον μέλλοντος τοῦ καὶ 'Αττικοῦ et Priscian. Instit. VIII 38 p. 405_{16} Hertz: *paulo post futurum, quod et Atticum dicunt.* — Futurum autem tertium non Attica dialecto se continere ex huius dissertationis capite tertio cognosces,

müsste man...dieselbe Art der Reduplication die im Perfektstamme im Gebrauche der Attiker war, zusamt dem Hülfskonsonanten desselben, auch wieder in jenem Futurum finden. Recte. Sed pergit: „*Dass aber das erstere nicht notwendig, zeigt z. B.* λελήψομαι *neben* εἴλημμαι, *und gegen das andere spricht das homerische* κεχαρήσω, *das neben dem Perfekt* κεχάρηκα *stehend nach Analogie des Futurum exactum* κεχαρήξω *lauten musste, wie auch die wirklichen, aber vereinzelten Perfektfutura der griechischen Sprache:* ἑστήξω *und* τεθνήξω *zeigen und das syrakusanische* δεδοικήσω." Vides Graecos futura ex perfectis formare potuisse et formavisse ne Frankium quidem negare posse. Quid igitur, cur non omnia futura reduplicatione insignita, quae optime ex perfectis derivari possunt et quorum significatio cum perfectorum significatione bene congruit, in perfecti futurorum numero habeamus? Nam Frankii dubitationes facillime dissolvuntur. Primum quod ad κεχαρήσω attinet, fugisse eum videtur ante Herodotum κεχάρηκα perfectum nusquam reperiri, Homerum ipsum Il. η 312 κεχαρηότα, Hesiodum fr. 77(101) ed. Rzach κεχαρηότας usurpasse, unde futurum κεχαρήσω legitime formari potuit. Deinde quod ad εἴλημμαι — λελήψομαι provocat, non minus caducum est. Nam praeterquam quod λελήψομαι frustra in veterum libris quaeritur, apud poetas veteres nisi Soph. Ant. 732 ἐπείληπται nonnullisque comicorum locis, ut Arist. Lys. 832; Plut. 455 εἴλημμαι non invenies [1]), immo λέλημμαι tragici praeferunt [2]), quod exstat Aesch. Ag. 877; Soph. fr. 684 Nauck²; Eur. Ion. 1113; Cycl. 433; Bacch. 1102; Rhes. 74. Διαλελημμένον etiam Aristophanes praebet eccles. 1090. Itaque non mirum esset, si quis veterum poetarum ex hoc perfecto futurum λελήψομαι

---

quamquam Attici valde ei faverunt. Grammatici ob eam potius rem hoc futurum videntur *Atticum* dixisse, quod Hellenistica aetate, ut infra docebimus, plane fere deest.

¹) Curtius, Verb. II² p. 130; Lautensach, Gramm. Stud. zu den griech. Tragikern u. Komikern II (Augment u. Reduplication) 1899 p. 108.

²) Lautensach l. l. p. 110; Kuehner-Blass I 2³ p. 25; 472.

finxisset, quod adhibuit fortasse poetam[1]) quendam secutus Aristides, imitator ille Attici sermonis, LIV t. II 677$_9$ Dind. τούς τ' ἐπιγιγνομένους ἡμῶν καταλελήψεται τοὔνειδος. Neque cum Iansono p. 4 mirabimur, quod Valckenaerius „*verbi λαμβάνειν* (sc. perfecti εἴλημμαι) *immemor*“ in Arist. nub. 1308 et in Eur. Herc. f. 729 „*non dubitaverit corrigere*“ λελήψεται, quas coniecturas etsi ego quoque, tamen, ut infra demonstrabitur, minime eadem de causa reicio.

At ne ego quidem omnia futura reduplicatione insignita in perfecti futuris numero. Nemo enim διδώσω (Hom. Od. ν 358; ω 314) ex praesenti δίδωμι derivare dubitabit. Primi quoque futuri loco γεγωνήσω (Eur. Ion. 696) habendum est; namque iam apud Homerum exstat γεγωνεῖν Il. μ 337, quod ex perfecto γέγωνα ortum alibi quoque, ut Eur. Hipp. 586; Rhes. 270 vides adhibitum. Ne δεδοικήσω quidem, quod Macrobius de differ. et soc. Graeci Latinique verbi XII 2 Syracusanis in usu fuisse dicit, cum Kuehnero-Blassio I 2^3 p. 110 in tertiis futuris numerare necesse est; non minus apte ex praesenti δεδοίκω, quod Syracusani adhibebant[2]), derivari potest. Sunt autem complura reduplicata futura, quae neque ex praesentibus neque ex perfectis derivari possunt. Frustra enim quaeres praesentia aut perfecta, ex quibus epica illa futura κεκαδήσει Od. φ 153; 170; κεκαδησόμεθ' Il. θ 353; πεπιθήσω Il. χ 223; πεφιδήσεται[3]) Il. ο 215; ω 158; 187; Cent. Hom. p. 27$_{30}$; ἀκαχήσω[4]) (Hom.) hymn. in Merc. 286 prodire potuerint. Videntur potius ex reduplicatis

---

[1]) Prosaicos enim Atticos, qui solum εἴλημμαι perfectum adhibebant, ut alia futura III augmento instructa formaverunt, verisimile est εἰλήψομαι fuisse scripturos.

[2]) G. Meyer, Gramm.^{3} p. 642.

[3]) Perfectum πεφίδημαι, quod Nonnus XI 417 alibique usurpavit, in veterum libris nusquam exstat, quare id ex Homerico πεφιδήσομαι ab epico illo formatum censeo.

[4]) Ex ἀκάχημαι (Il. λ 702; Od. θ 314; alibi), quod a veteribus nunquam activi futura ex passivi temporibus formata sunt, ἀκαχήσω derivare non licet.

aoristis formata esse, qui poetis epicis erant usitatissimi, ut κεκαδών Il. λ 334; κεκάδοντο Il. δ 497; ο 574; πεπίθωμεν Il. ι 112; -οιμεν α 100; -οιεν ι 181; πεφιδέσθαι Il. φ 101; ἤκαχε Il. π 822; Od. ο 357; π 427. Neque opus est cum Matthiaeo[1]) facere, qui his ex reduplicatis aoristis nova praesentia derivata esse putabat, ut *πεπιθέω, *κεκαδέω, unde futura πεπιθήσω, κεκαδήσω orta essent — nemo enim veterum formavit haec praesentia —, sed -ήσω et -ήσομαι terminationes per analogiam primorum futurorum, ut πιθήσεις Od. φ 369, ad aoristi stirpes additas puto, praesertim cum πεπίσω, κεκάσω formae male sonent. Facile igitur haec futura epica, quorum ne significatio quidem ab aoristis distat, ex aoristis reduplicatis derivantur, quam originem iure recentiores grammatici probant[2]).

Dubium autem mihi videtur, an τετορήσω quoque (Arist. pac. 381) in aoristi futuris numerandum sit. Apud Kuehnerum-Blassium I 2^3 § 343 s. v. τετραίνω ex *τέτορα perfecto derivatur[3]). Nusquam autem exstat hoc perfectum; aoristus tamen τέτορον et ab Hesychio et a Suida[4]) affertur. Itaque cum *τέτορα perfectum fortasse omnino non formatum sit, etiamsi futura ex reduplicatis aoristis formata nisi in sermone epico non inveniuntur et aoristi reduplicati ab Aristophane repudiantur[5]), τετορήσω certo in perfecti futuris numerare non ausim.

Deinde nonnulla verba faciam de futuris Homericis κεχαρησέμεν Il. ο 98 et κεχαρήσεται Od. ψ 266, quae alii ex aoristis[6]), alii ex perfectis[7]) orta esse censent, alii utrum in perfecti an in aoristi futurorum numero habeant,

[1]) Matthiae, Ausführl. Gramm. der griech. Sprache I (1825) p. 302.

[2]) Curtius, Verb. II^2 p. 265; Kuehner-Blass I 2^3 p. 111; G. Meyer, Gramm.[3] p. 621; Brugmann, Gramm.[3] p. 480.

[3]) Item in Stahli Synt. p. 84.

[4]) Hesych. s. v. τέτορεν· ἔτρωσεν, s. v. τετόρῃ· τρώσῃ; Suid. s. v τέτορε· διῆλθε.

[5]) Exceptis ἤνεγκον et ἤγαγον aoristis; cf. Lautensach l. l. p. 95.

[6]) La Roche, Beitr. I p. 231; Kohlmann, Perf. intens. p. 11; Mutzbauer, Tempusl. I p. 337.

[7]) Curtius, Verb. II^2 p. 265; G. Meyer, Gramm.[3] p. 621, Kuehner-Blass I 2^3 p. 110; Brugmann, Gramm.[3] p. 321; Stahl, Synt. p. 84.

dubitant[1]). Activi futurum κεχαρήσω commodissime ex perfecto derivari iam supra ostendi. Neque minus apte κεχαρήσεται ex perfecto κεχάρημαι ([Hom.] hymn. in Bacch. VI 10; Eur. Iph. Aul. 200; alibi) efficitur. Aoristus autem reduplicatus medii solus adhibebatur (κεχάροντο Il. π 600), ex quo fortasse κεχαρήσομαι, minime autem activum κεχαρήσω formari potuit. Nam quamquam interdum futura ex activi generis temporibus enata medii terminationem acceperunt, ut κλάω — κλαύσομαι, κέκραγα — κεκράξομαι, tamen contrarium nunquam videtur accidisse. Itaquè cum κεχαρήσω aoristi futurum esse non possit, κεχαρήσομαι autem, ut activum κεχαρήσω, aptissime coniungatur cum perfecto, ambo in tertiis futuris numerare non dubito, cui rationi significatio, ut infra demonstrabimus, non obstat.

Postremo demonstretur εἴξω quoque (Arist. nub. 1001), quod primi futuri speciem praebet, tertii loco habendum esse. Sententia postulat *par eris.* Praesens autem εἴκω *par sum* significans non exstat[2]). Quare εἴξω ex perfecto εἶκα (= ἔοικα), quod Aristophanes non raro adhibuit, ut εἶκεν = ἔοικεν av. 1298; εἰκέναι nub. 185; eccl. 1161, derivandum est[3]).

II. De futuri tertii augmentis.

Futura tertia, quod ex perfectis prodierunt, eodem augmento insignita esse ac perfecta iam supra commemoravi. Longe igitur plurima perfecti futura, ut perfecta ipsa, reduplicationem quae dicitur acceperunt, ut τεθάψομαι (ex τέθαμμαι), μεμείξομαι (ex μέμειγμαι), πεπράσομαι (ex πέπραμαι). Sed ut perfecta non multa temporali aut syllabico augmento instructa in usu erant, ita raro inveniuntur futura tertia his ex perfectis derivata. Quin etiam fuerunt, qui unquam

---

[1]) Monro, A Grammar of the Homeric Dialect, Oxford 1882 p. 42; Vogrinz, Gramm. des homer. Dialekts, Paderborn 1889, qui p. 109 inter perfecti futura affert κεχαρησέμεν Il. ο 98, inter futura ex aoristis orta κεχαρήσω, -εται Od. ψ 266 (!).

[2]) Kuehner-Blass I 2^3 p. 410.

[3]) Eandem sententiam habent G. Meyer, Gramm.[3] p. 621, Kuehner-Blass I 2^3 p. 111.

perfecti futura ita augmentata esse negarent. Vix enim unum tale futurum exstat, pro quo non uno pluribusve codicibus alia praebeatur lectio. Tamen pauca futura tertia augmentata tam certo sunt tradita, ut ea repellere non possimus.

1. De perfecti futuris augmento temporali ornatis.

Ac primum de temporali quod vocatur augmento accuratius agamus. In mentem nobis venit futurum εἰρήσεται, quod a permultis scriptoribus semel atque iterum usurpatum videmus. Origo autem huius futuri obstat, ne hoc loco tractemus. Ne syllabicum quidem augmentum, ut prius nonnulli viri docti statuerunt[1]) in εἰρήσεται inest. Sed postquam in inscriptione Argiva (CIG IV 493) inventum est ϝεϝρημένα, iam non dubium esse potest quin εἴρημαι ex ϝέϝρημαι, εἰρήσεται igitur ex ϝεϝρήσεται ortum sit[2]). Ne εἴξω quidem primo ordiebatur a vocali; nam perfectum εἰκέναι, ex quo prodiit, ex ϝεϝικέναι ortum scimus. Vero autem augmento temporali instructa sunt: ἡρήσομαι, ἠτιμώσομαι, ἀπηλλάξομαι.

In Platonis Prot. 338 B Clarkianus B habet: εἴτε γὰρ χείρων ἔσται ἡμῶν ὁ αἱρεθείς,... εἴτε ὅμοιος...· ὁ γὰρ ὅμοιος ἡμῖν ὅμοια καὶ ποιήσει, ὥστε ἐκ περιττοῦ ἡρήσεται. ἀλλὰ δὴ βελτίονα ἡμῶν αἱρήσεσθε. Venetus T habet ἠρήσεται sine dubio ex ἡρήσεται corruptum, εἰρήσεται praebet Vindobonensis (sed αἱ supra εἰ) et altera libri T manus. Hoc iniuria praeferendum censet Iansonus p. 4. Namque εἰρήσεται nunquam, ut Romanum *dictus erit*, significare potest *erit electus*, quam sententiam postulari nemo negaverit, Iansonus ipse concedit dicens Platonem fortasse scripsisse „ἡρημένος ἔσται". Quid ergo, cur scribere non potuerit ἡρήσεται? Nam quia alibi haec forma non invenitur, pro raritate multorum perfecti futurorum

---

[1]) Curtius, Verb. II² p. 147; Kuehner-Blass I 2³ p. 24.

[2]) Quam sententiam probant: V. Knoes, De digammo Homerico, Upsala Universitets Arskrieft 1873 p. 89, Kuehner-Blass I 2³ p. 587; O. Hoffmann, Die griech. Dialekte III, Gött. 1898 p. 396; Solmsen, Untersuchungen zur griech. Laut- und Verslehre 1901 p. 238.

minime sufficit, ut ei diffidamus. Etiam proprius futuri εἰρήσεται in sententiis adversativis et in formulis usus conferendus est[1]), ex quo Platonem hic εἰρήσεται scripsisse veri est dissimillimum. Antecedenti vero forma αἱρεθείς et sequenti αἱρήσεσθε futurum ᾑρήσεται quodammodo postulatur.

Supervacanea vero mihi videtur Dindorfii coniectura ἀφῃρήσῃ in Eur. Tro. 1278, ubi in codicibus exstat:

ὦ μεγάλα δή ποτ' ἐμπρέπουσ' ἐν βαρβάροις
Τροία, τὸ κλεινὸν ὄνομ' ἀφαιρήσῃ τάχα.

Etsi futurum tertium a sententia non discedit, quin etiam maiorem vim et gravitatem Hecubae verbis affert, tamen sententiam e futuro ἀφαιρήσῃ (*privaberis*) non laborare censeo. Et futurum medii saepe a veteribus, imprimis a poetis pro passivo usurpatum esse constat. Euripides ipse quamquam alibi ἀφαιρήσομαι passive non adhibuit, tamen passiva notione usurpavit λέξεται Alc. 323; Hec. 906; Herc. f. 582; στερήσομαι El. 308; Hipp. 1460; τιμήσομαι fr. 362, 49 Nauck²; ψεύσομαι Andr. 346. Plato passive usurpavit διαιρήσεται Politic. 261 C. „Ἀφαιρήσομαι ἀντὶ τοῦ ἀφαιρεθήσομαι" commendat elegantiae studiosis Dionys. Hal. de comp. verb. VI 43, quo loco Grossius, Phil. Rundschau II (1882) p. 656 iniuria coniecit ἀφῃρήσομαι. Traditur enim: καὶ ὁ ἀντὶ τοῦ ἐποίησεν 'ἐποίησε' λέγων χωρὶς τοῦ ν καὶ 'ἀφαιρήσομαι' ἀντὶ τοῦ ἀφαιρεθήσομαι καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, ὅ τ' 'ἐχωροφίλησε' λέγων τὸ ἐφιλοχώρησε καὶ 'λελύσεται' τὸ λυθήσεται καὶ τὰ τοιουτότροπα μετασκευάζει τὰς λέξεις, ἵν' αὐτῷ γένοιντο ἁρμοσθῆναι καλλίους καὶ ἐπιτηδειότεραι. Dionysium duo eiusdem rei (futuri III pro futuro I) exempla alio interrupta attulisse veri est dissimillimum.

Iam agamus de futuro ἠτιμώσεται, quod in Demosth. XIX 284 solus praestantissimus codex Σ praebet: ἀλλ' ὁ μὲν ταλαίπωρος ἠτιμώσεται, τούτῳ δ' ἀθῴῳ δώσετ' εἶναι, ceteri libri habent ἠτίμωται. Non dubium quin eximius ille codex veram lectionem servaverit. Solo enim futuro tertio satis fit concinnitati structurae, quae apud Demosthenem postulanda

[1]) Vide infra p. 31, ubi de significatione futuri III agitur.

est. Etiam simili in loco Demosthenico futurum tertium exstat XVI 2: χαριεῖται μὲν οὐδετέροις, διαβεβλήσεται δὲ πρὸς ἀμφοτέρους.

Tertium huiusmodi futurum adiungatur ἀπηλλάξομαι, quod Graecis in usu fuisse Cobetus NL p. 242 demonstravit ex Hesychio, apud quem antea legebatur s. v. ἀπηλλάζεις· ἀπηλλαγμένος ἔσῃ, quod quin recte in ἀπηλλάξει correctum sit, vix quisquam dubitabit.

Qua re nisus Cobetus p. 243 et in Demosth. XX 28 τίνα οὖν ῥᾳστώνην τοῖς πολλοῖς ὁ σός, ὦ Λεπτίνη, ποιεῖ νόμος, εἰ μιᾶς ἢ δυοῖν φυλαῖν ἕνα χορηγὸν καθίστησιν, ὃς ἀνθ' ἑνὸς ἄλλου τοῦθ' ἅπαξ ποιήσας ἀπαλλάξεται; et in XXIV 85 τίς γὰρ οὐ ποριεῖται φαύλους ἀνθρώπους, οὓς ὅταν ὑμεῖς ἀποχειροτονήσητε, ἀπαλλάξεται; restituendum censebat ἀπηλλάξεται, quod probat Preussius, Index Demosth. p. 33. At ego quidem, etsi futurum tertium ilico rem eventuram esse significans a sententia non modo non alienum, sed etiam paulo gravius esse primo futuro non nego, in ἀπηλλάξεται corrigere dubito. Necessario enim futurum tertium non postulatur, neque quod alterum futuri ἀπαλλάξομαι exemplum apud Demosthenem non exstat, sed uno loco ἀπαλλαγήσεσθε XXII 37, servandis futuris primis oppugnare censeo. Namque passive usurpaverunt ἀπαλλάξομαι etiam alii, ut Plat. de legg. IX 861 B; Xen. Inst. Cyr. IV 5, 46; An. V 1, 14, qui simul ἀπαλλαγήσομαι aspernati non sunt, ut Plat. de rep. IV 445 B; Xen. de vect. VI 1. Denique Demosthenes identidem eiusdem verbi medii (passive) et passivi futura usurpavit, ut XIX 100 τιμήσεται; 223 τιμηθήσεσθαι; I 27 et LII 11 ζημιώσομαι; XXIII 80 ζημιωθήσεται; LVII 37 μαρτυρήσεται; XIX 40 μαρτυρηθήσεται.

Neque probare possum eiusdem Cobeti NL p. 241 coniecturam ἀπηλλάξεσθε in Aristoph. Ach. 752, ubi Dicaeopoli interroganti:

τί δ' ἄλλο πράττεθ' οἱ Μεγαρῆς νῦν;

respondet Megarensis:

ὅκα μὲν ἐγὼν τηνῶθεν ἐπορευόμαν,
ἄνδρες πρόβουλοι τοῦτ' ἔπραττον τῇ πόλει,
ὅπως τάχιστα καὶ κάκιστ' ἀπολοίμεθα.

cui ille:

αὐτίκ' ἄρ' ἀπαλλάξεσθε πραγμάτων.

Sententia requiri censet Cobetus: „ἐπειδὰν ἅπαξ ἀπόλησθε, πραγμάτων ἀπηλλαγμένοι ἔσεσθε.“ Minime necessario. '*Mox ergo malis liberabimini*', i. e. ἀπαλλάξεσθε ad sententiam aptissimum est.

Coniecit etiam Herwerdenus ἀπηλλάξεσθαι Thuc. VIII 2, 1, ubi libri exhibent: οἱ Ἕλληνες πάντες ἐπηρμένοι ἦσαν. οἱ μὲν μηδετέρων ὄντες ξύμμαχοι..., οἱ δ' αὖ τῶν Λακεδαιμονίων ξύμμαχοι ξυμπροθυμηθέντες ἐπὶ πλέον ἢ πρὶν ἀπαλλάξεσθαι διὰ τάχους πολλῆς ταλαιπωρίας. Sententia loci futurum tertium non postulat. Non minus bene intellegitur: '*cupidiores sui liberandi quam antea*' quam '*liberi esse cupientes magis quam antea*'. Ob eam potius rem ἀπαλλάξεσθαι offensionem habet, quod pendet a verbo voluntatis (ξυμπροθυμηθέντες). Nam quamquam pauca verba voluntativa nonnunquam coniunguntur cum infinitivo futuri, tamen apud veteres quidem[1]) nulla fere nisi quae primitus *cogitandi* vel *putandi* significationem habebant, ut μέμονα, μενεαίνω, διανοοῦμαι[2]). Paucissimos igitur, qui post verba sola *cupiendi* vi insignita in veterum libris inveniuntur, infinitivos futuri Stahlius, Quaest. gramm. p. 8 sq. et Synt. p. 202 sq. corruptos iudicat probante Gerthio (Kuehner-Gerth II 1³ p. 185). Apud ipsum autem Thucydidem omnium codicum consensu traditur VI 6, 1 ἐφιέμενοι ἄρξειν; melius confirmati sunt praestantia numeroque codicum infinitivi futuri VI 57, 3 ἐβούλοντο προτιμωρήσεσθαι quam aoristi -ασθαι, II 29,5 πείσειν πέμψειν quam praesentis -πειν, I 27,2 ἐδεήθησαν ξυμπροπέμψειν quam aoristi -ψαι. Quare dubium videtur, an Thucydides, quem inusitatis constructionibus libenter usum esse constat[3]), per analogiam structurarum, quales IV 115, 2 πῦρ ἐνήσειν διενοοῦντο, Herod. III 31 ἐπενόεε ποιήσειν etc., etiam his locis

---

[1]) Recentioris aetatis scriptores ab hoc usu discedunt; cf. Schmid, Att. I 96; II 51; IV 606; 619; Wendland GGA 1901 p. 784; Foerster praef. ad Liban. t. III p. XXIX.

[2]) Cf. Kuehner-Gerth II 1³ p. 184 s.; Stahl, Synt. p. 194 s.

[3]) Cf. Blass, Att. Beredsamk. I² (1887) p. 407.

infinitivos futuri usurpaverit, neque ἀπαλλάξεσθαι, quod Hudius quoque servavit, in ἀπαλλάξασθαι ab uno codice G Monacensi praebitum mutare ausim.

Probabilior quam eae, de quibus actum est, videtur Cobeti (NL p. 243) coniectura ἀπηλλάξονται in Plat. de rep. V 465 D, ubi exstat in codicibus: πάντων τε δὴ τούτων (sc. κακῶν) ἀπαλλάξονται (οἱ φύλακες). Ex iis enim, quae antea Plato dixit, apparet custodes his malis nunquam affectos esse. Quare loci sententia alia esse non potest nisi *liberi erunt*, i. e. ἀπηλλάξονται.

Postremo non praeteribimus εὑρήσεται exempli causa futuri tertii loco allatum in Stephan. schol. in Dionys. Thr. § 13 p. 251_{17} Hilgard: τῷ δὲ μέλλοντι διασάφησις τοῦ ποσοῦ τῆς μελλήσεως ὁ παρὰ τοῖς 'Αττικοῖς μετ' ὀλίγον μέλλων, οἷον βεβρώσεται εὑρήσεται πεπράξεται. Iansonus p. 5 „*aut ex* εἰρήσεται *corruptum aut a grammatico fictum*" hoc futurum existimavit. Probabile est prius. Nam quamquam forma, quin εὑρήσεται in futuris tertiis numeremus, non obstat, tamen nusquam exstare videtur, et quod cum primo medii generis futuro penitus congruit, ineptum exemplum est.

2. De futuris tertiis augmento syllabico instructis.

Syllabico augmento insignita sunt quattuor perfecti futura: ἐκτήσεται, ἐσκέψεται, ἐστερήσεται, ἐψεύσεται. 'Εστήξω enim non in augmentatis numerandum est futuris, quod eius spiritus asper pro vetustiore σ positus est. Item ἐρρίψεται, quod Lucianus de merc. cond. 673 adhibuit, ut ex ϝεϝρίψεται ortum hoc loco praetereundum est.

In Plat. Lach. 192 E libri Clarkianus B et Vindobonensis exhibent: οἷον εἴ τις καρτεροῖ ἀναλίσκων ἀργύριον φρονίμως, εἰδὼς ὅτι ἀναλώσας πλέον ἐκτήσεται, τοῦτον δ' ἀνδρεῖον καλοῖς ἄν; Venetus praebet πλεονεκτήσεται, quod a sententia alienum et ex forma ipsa[1]) repudiandum sine dubio in πλέον ἐκτήσεται dividendum est. Nullus codex κεκτήσεται habet, quod Plato

---

[1]) Constanter activi generis futurum πλεονεκτήσω scriptores adhibent, ut Xen. Inst. Cyr. IV 3, 21; VII 5, 81; Isocr. XV 82; alibi.

omnium codicum consensu scripsit Gorg. 467 A et de rep. IX 591 A. Hic iure ἐκτήσεται traditur, ut satis multis locis Platonicis perfectum quoque verbi κτάομαι post consonantes augmentum ε accepit: Schneider[1]) ex codicibus veram lectionem ἔκτημαι esse ostendit Prot. 340 D; Hipp. min. 375 A et C; Phileb. 58 D; de rep. V 469 C; VI 505 D, quibus locis adiungo: de legg. VI 776 D; X 709 D; XII 954 C et D. Minime igitur cum Iansono p. 5 timendum est „*ne in elegantissimum tersissimumque scriptorem ionismus inferatur.*"

Alterum futuri ἐκτήσομαι satis certum exemplum exstat in Empedocl. de nat. fr. 110, 4 Diels (225 Stein), ubi traditum est:

ταῦτά τε σοι μάλα πάντα δι' αἰῶνος παρέσονται,
ἄλλα τε πόλλ' ἀπὸ τωνδεκτ(ή.η)ται· αὐτὰ γὰρ αὔξει
ταῦτ' εἰς ἦθος ἕκαστον, ὅπῃ φύσις ἐστὶν ἑκάστῳ.

Litterae η . η partim exesae sunt. Ritschelius coniecit: ἀπὸ τῶν κεκτήσεαι. Offensione autem non vacat ἀπὸ τῶν, quare et rectius et facilius, ut opinor, Dielesius correxit: ἀπὸ τῶνδ' ἐκτήσεαι. Secunda persona ob eam rem recte est posita, quod ἐκτήσεται, cum perfectum κέκτημαι sive ἔκτημαι semper activam habeat notionem, passive vix potest intellegi.

Aliter res se habet in altero futuro tertio, quod augmento syllabico instructum est, ἐσκέψεται. Namque ut perfectum ἔσκεπται nonnunquam passive usurpatur, ita perfecti futurum in Plat. de rep. III 392 C: Τὰ μὲν δὴ λόγων πέρι ἐχέτω τέλος, τὸ δὲ λέξεως, ὡς ἐγᾦμαι, μετὰ τοῦτο σκεπτέον καὶ ἡμῖν ἅ τε λεκτέον καὶ ὡς λεκτέον παντελῶς ἐσκέψεται. Unus codex Mon. B habet εὖ σκέψεται, quod non minus a sententia discedit quam quod Iansonus p. 5 pro ἐσκέψεται scribi posse censet: „ἔτι σκεπτέον ἔσται." Socrates enim nihil aliud significare vult nisi: *Quid dicendum sit, quid non dicendum, disputandi finem faciamus; proinde, ut arbitror, de ratione dicendi quaerendum est, atque ita nobis, quid et quomodo dicendum sit, quaesitum erit*, i. e. ἐσκέψεται.

---

[1]) Platonis opera Graece ed. Schneider II (1831) p. 69.

Confirmatur ἐσκέψεται ab Aristide, qui scripsit XXXVII t. I 703_3 Dind.: καὶ μὴν εἴγε ἀμφοτέροις ἀποδοῦναι δεῖ τὴν ἀξίαν, δι' ἃ μὲν ἠδικήκασιν ἡμᾶς, τὸ μὴ τυχεῖν τῆς βοηθείας, ἀνθ' ὧν δ'εὖ πεποιήκασι, τὸ μὴ κακῶς παθεῖν ἑκατέροις ὑπαρχέτω, καὶ οὕτως πρὸς ἄμφω καλῶς ὑμῖν ἐσκέψεται. Ita codex Γ, ceteri libri habent εἰσκέψεται sive ἕψεται sive ἔσκεπται. Sententia postulat ἐσκέψεται: *si hoc factum erit, recte a vobis erit quaesitum.* Nonne sentis Aristidem verbis καλῶς ὑμῖν ἐσκέψεται Platonis quae supra attulimus ἡμῖν...παντελῶς ἐσκέψεται imitari?

Tertium perfecti futurum augmento syllabico ornatum Reiskius coniecit in Eur. Iph. Aul. 1202 ss., ubi in libris Clytaemestra haec facit verba:

νῦν δ' ἐγὼ μὲν ἡ τὸ σὸν
σῴζουσα λέκτρον παιδὸς ὑστερήσομαι.
ἡ δ' ἐξαμαρτοῦσ' ὑπόροφον νεανίδα
Σπάρτῃ κομίζουσ' εὐτυχὴς γενήσεται.

Plane dubium est ὑστερήσομαι. Sequiores enim soli medium ὑστεροῦμαι videntur usurpavisse[1]), et rarissime ὑστερεῖν significat 'carere, seiungi'[2]). Quare multae coniecturae factae sunt a viris doctis[3]). Quae autem emendatio simplicior et facilior est quam Reiskii: παιδὸς ἐστερήσομαι? Nam quid aliud Euripides hoc loco dicere vult nisi: *filia privata ero*? Ε facile in Υ depravari potuisse perspicuum est.

Ultimum tale futurum coniecit Porsonus Eur. Andr. 344, ubi poeta Andromachen facit dicentem:

ὤσει δὲ σὴν παῖδ' ἐκ δόμων· σὺ δ' ἐκδιδοὺς
ἄλλῳ τί λέξεις; πότερον ὡς κακὸν πόσιν
φεύγει τὸ ταύτης σῶφρον; ἀλλὰ ψεύσεται.

Ita codices, Porsonus ἀλλ' ἐψεύσεται. Etsi Porsoni coniecturam maiorem vim habere concedo, ἀλλὰ ψεύσεται (*sed falletur* [sc. a te]) non est, quod sententia repudiet.

---

1) Cf. Passow, Handwörterb. der gr. Spr.[5] et Veitch[4] s. v. ὑστερέω.

2) Cf. Meineke ad Alciphr I 29 p. 102, qui *non incredibile* putat Euripidem scripsisse „ἐστερήσομαι".

3) Marklandius παῖδ' ἀποστερήσομαι, Musgravius παῖδά σοι στερήσομαι, Hermannus παιδὸς ἧς στερήσομαι etc.

Falso autem G. Hermannus ad hunc locum annotavit „ψεύσεται *nemini non active dictum videri*“ [1]). Plato enim hoc futurum passive usurpavit Soph. 240 E. Euripidem vero etiam alia futura medii pro passivis adhibuisse iam supra (p. 8) ostendimus. Neve omittamus ψευσθήσομαι apud veteres rarum esse. Unum exemplum inveni: Soph. Trach. 712. Quare traditam lectionem servare malo. Minime autem opus est ipsum verbum ψεύδειν refutare cum Murrayo, qui nuper πεύσεται coniecit.

Suo loco ἐψεύσεται medii significatione exstat Galen. XV 137_6 K: κατὰ μέν γε τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐγχωρεῖ τινα φάναι τοὺς ᾠκισμένους λόφους ὑπάρχειν ὀκτώ, καθάπερ κἂν ἓξ τις φήσῃ. παρ' ἕνα ἑκάτερος ἐψεύσεται.

3. De duplici perfecti futuri augmento.

Restat ut unum futurum tertium duplici augmento, et temporali et syllabico, praeditum commemorem, quod primum reperitur in Xen. Hell. V 1, 14: ἥ γε μὴν θύρα ἡ ἐμὴ ἀνέῳκτο μὲν δήπου καὶ πρόσθεν εἰσιέναι τῷ δεομένῳ τι ἐμοῦ, ἀνεῴξεται δὲ καὶ νῦν. Quod futurum praebent optimi libri CFMV, B habet ἀνεώξετον, deteriores nonnulli codices secundum Cobetum NL p. 241 ἀνέῳκται. Perfecti futura nonnunquam in perfecta depravata esse iam supra vidimus (cf. ἠτιμώσεται p. 8, ἐσκέψεται p. 13). Sententia loci est: *Ianua mea ut antea patebat, ita nunc patebit.* Verissime igitur ἀνεῴξεται, quod defenditur Synesii oratione, quae inscribitur Dio, ubi legitur V 8 (44 C) Krabinger: ὃν δὲ ὁ θεὸς κινεῖ, τούτῳ καὶ παρ' ἡμῶν ἀνεῴξεται τὰ ἀνάκτορα.

Futura ergo tertia augmento insignita, etsi raro, tamen usurpata esse a Graecis satis certo demonstravisse mihi videor, neque quisquam hodie cum Iansono p. 5 statuet legem, *qua a verbis, quorum perfecta pro reduplicatione augmentum receperint, futura exacta non fuerint formata.*

---

[1]) Scholiasta mediam vim in ψεύσεται inesse ratus explicare conatur: ἀλλὰ ψεύσεται τὸ σὸν ῥῆμα, καὶ ὡς ψευδῆ σε νομίσει ὁ ἀκούων καὶ οὐ πεισθήσεται. Nihil autem antea dictum, ex quo τὸ σὸν ῥῆμα suppleri possit.

III. De perfecti futurorum stirpium exitu.

Ex origine futuri tertii per se clarum videtur stirpis eius exitum eundem esse ac perfecti, ex quo enatum est. Frankii dubitationem, quam ex κεχαρήσω futuro contra hanc legem protulit, iam supra redarguimus (p. 3)[1]. Obstant tamen huic regulae nonnulla alia perfecti futura, etiamsi non magis quam Frankii argumentum futurorum tertiorum ex perfectis originem labefactant. Primum δεδοικήσω (cf. p. 4) per analogiam aliorum futurorum -ήσω, non -σω terminationem videtur accepisse; cf. πεπιθήσω p. 5. Deinde tria exstant futura longis vocalibus praedita: δεδήσομαι, λελύσομαι, πεφήσομαι, quorum perfecta breves habent vocales: δέδεμαι, λέλῠμαι, πέφᾰται. Primorum futurorum (δήσω, λύσω, φήσω) vi breves vocales his in futuris tertiis veri simile est productas esse[2], praesertim cum δεδέσομαι, λελῠ́σομαι, πεφᾰ́σομαι male serviant legibus metricis. Iniuria Wackernagelius KZ XXVII 279 et XXIX 136, quem secutus est G. Meyer, Gramm.^{3} p. 621, πεφήσομαι (necatus ero) Il. ν 289; ο 140; Od. χ 217 in πεφείσομαι (ex *πεφένσομαι ortum) mutari vult. Futurum enim tertium ex perfecto, ut erat, (ergo ex πέφαται), non ex verbi stirpe prodiit, cf. p. 2 s.[3]. Quod vero ad formas τέτυκται · τετεύξεται provocat, non maioris id momenti putaverim. Nam τετεύξεται quoque ex perfecto, non ex verbi stirpe ortum est. Quis enim non noverit formas τετεύχαται, τετεύχατο? Graecos ex his potius perfecti formis,

---

[1]) Ubi ostendimus κεχαρήσω ex κεχαρηότα participio derivandum esse. Curtius, Verb. II^{2} p. 267 τεθνήσει quoque, quod Ravennas codex Aristophanicus bis praebet pro reliquorum codicum τεθνήξει, ex perfecti formis κ littera vacuis, ut τέθναμεν, derivatum esse conicit. Equidem duobus locis, ut Dion. Cass. LI 13, 3 alibique formam τεθνήσω, quam Cobetus NL p. 264 *immanem barbarismum* iudicat, a librariis ex τεθνήξω depravatam existimo.

[2]) Curtius, Verb. II^{2} p. 267; Brugmann, Gramm.^{3} p. 321.

[3]) Cf. Brugmann, Gramm.^{3} p. 95 adn. 2; Kuehner-Blass I 2^{3} p. 516.

non ex τέτυκται futurum formavisse non mirum existimabis, si reputaveris ut ad δεδήσομαι, λελύσομαι, πεφήσομαι, ita ad τετεύξεται futurum efficiendum primi futuri formam τεύξομαι aliquid valuisse. Scisne autem unam perfecti aut futuri formam, quae ad πεφείσομαι formandum aliquid valere potuerit? De paribus formis πεφήσεται *necatus erit* et πεφήσεται *dictus erit* conferas, quae dicit Brugmannus, Gramm.³ p. 95: „*Hatten 2 Ablautreihen ein oder mehrere Glieder gemeinsam, so konnte Uebertritt aus einer in die andere erfolgen... Zu* πέφᾰται „*er ist getötet*“ (φατός, ἔπεφνον, *W. gʷhen*) *entstand* πεφήσεται *wie zu* πέφαται „*er ist gesagt*“ (φᾱμί, φάσω) πεφήσεται P *155 gehört* (*cf. auch* δέδεμαι: δεδήσομαι).“

Postremo disseramus de futuro τετανύσσεται Orph. Lith. 324 (319). Hic vocalis non ut in λελύσομαι producta est, sed σ duplicato metricae rationi satis factum, quod primum quoque futurum ita est formatum: Archil. fr. 3 (50) Bergk τανύσσεται.

IV. De futuri tertii genere.

Facile quispiam existimaverit perfecti futurorum genus semper idem esse ac perfectorum, ex quibus enata sunt. Ac comprobatur haec opinio formis omnium, quae ex medii et passivi generis perfectis prodierunt, futurorum. Nam ἀποκεκόψι (= ἀποκεκόψει), quod in Arist. thesm. 1127 Scytha adhibet pro ἀποκεκόψεται, barbarismum esse apertum est. Quae ex activi perfectis orta sunt, haec exstant futura tertia sola activi terminatione ornata: κεχαρήσω (κεχαρήσομαι ex κεχάρημαι derivandum v. p. 6), εἴξω, δεδοικήσω, siquidem hoc iure in tertiis futuris numeramus; cf. p. 4. De quibus ne unum quidem plus semel invenitur: κεχαρησέμεν Il. ο 98; εἴξεις Arist. nub. 1001; δεδοικήσω Syracusanis in usu fuisse confirmat Macrobius de diff. et soc. Graeci Latinique verbi XII 2. (De γεγωνήσει Eur. Ion. 696 et τετορήσω Arist. pac. 381 vide p. 4 et 5). Praeter reliqua duo activi futura tertia

ἑστήξω et τεθνήξω saepius usitata medii formae ἑστήξομαι et τεθνήξομαι usurpatae sunt. In summa vides activi futura tertia rarissima esse, cuius rei causam eam censet Curtius, Verb. II² p. 266, quod medii perfectorum formae, imprimis Homerica aetate, multo usitatiores erant activis et postea, cum perfecta activi crebrius formarentur, lingua his ex novis formis futura derivandi iam non potestatem habebat.

Sequitur ut duo futura ex activi generis perfectis orta commemorentur, quae semper medii terminationibus praedita sunt: κεκράξομαι et κεκλάγξομαι[1]). Fortasse haec est causa, quod similium verborum prima quoque futura fere medii sunt, ut κλαύσομαι, ἀείσομαι, βοήσομαι, οἰμώξομαι, ἀλαλάξομαι, etsi κλάγξω invenitur Aesch. Pers. 947; verbi autem κράζειν futurum primum nisi sequioribus temporibus (ubi κράξω et κράξομαι, cf. Veitch⁴ p. 387) non exstat.

Denique agatur de ὀπωπήσεσθαι, quod Cobetus in Euphorionis fragmento 126 ed. Scheidweiler[2]) (48 Meineke) (apud schol. ad Eur. Phoen. 688) scripsit, si iusta est coniectura, ex perfecto ὄπωπα derivando. At traditum est:

'Αλλ' οὔπω Θήβη πεπρωμένα κεῖτο τάλαντα,
τήν ῥά ποτε Κρονίδης δῶρον πόρε Περσεφονείῃ,
ὂν γαμέτην ὅτε πρῶτον ὀπωπήσασθαι ἔμελλεν
νυμφιδίου σπείροιο παρακλίνασα καλύπτρην.

Infinitivus aoristi cum μέλλειν coniunctus iam apud Homerum invenitur (Il. ω 46 μέλλει... ὀλέσσαι, alibi), neque postea, ut demonstravit Lobeckius (Phryn. p. 744) inusitatus erat[3]). Quamquam mirum illud ὀπωπήσασθαι nusquam alibi invenitur, Meinekius (Anal. Alex. p. 88), Ed. Schwartzius (Schol. Eurip.), Scheidweiler servantes aoristum Euphorionis licentiae videntur hanc formam tribuere, quam sententiam ego quoque probaverim.

Ut iam supra diximus, etiam perfectorum ἕστηκα et τέθνηκα futura non raro occurrunt medii terminationibus praedita. Iam in veterum libris nonnunquam tradita sunt

---

1) Tamen Suid. s. v. κεκλάγξω καὶ κεκλάγξομαι ἀντὶ τοῦ ὑλακτήσω.

2) Scheidweiler, Euphorionis fragm. Diss. Bonn. 1908.

3) Vide etiam Stahl, Synt. p. 195.

ἐστήξομαι et τεθνήξομαι, quas formas Cobetus NL p. 264 s. et 774 s. omnino non Atticas esse dicit. Probatur autem hoc iudicium non ab omnibus viris doctis, quare accuratius de his futuris disputemus.

1. De futuris ἑστήξω et ἑστήξομαι.

Activi formae indubitatae sunt apud veteres hae: [Hom.] Εἰρεσιών. (XV) 14 ἑστήξομεν; Arist. Lys. 634 ἑστήξω; Thuc. III 73, 3 et 102, 6 καθεστήξει; Plat. conv. 220 D ἑστήξοι; rep. IX 587 B ἀφεστήξει; Demosth. XX 37 ἑστήξουσιν. Posteri quoque activum ἑστήξω non raro adhibuerunt, ut Callimachus, identidem Philostratus, Aristides, Libanius, alii.

Medii generis futurum ἑστήξομαι ab omnibus probatum primum exstat in Aristotelis metaph. VIII 3, 4 (1047 a $_{15}$) ἑστήξεται, deinde in Hegesippi, comici aetate Demostheni paris, Adelph. fr. I 25 t. III 312 K (IV 480 M) ἑστήξετ'(αι), in inscriptione Rosettana CIG 4697 (196^{a}) παρεστήξεται, singulis locis apud Onasandrum, Iosephum, Aelianum, M. Aurelium Ant., alios.

Venimus nunc ad eas formas, de quibus viri docti dissentiunt:

Medii formam praebent codices in Eur. Iph. Aul. 675, ubi Iphigeniae, quae dixit:

ἀλλὰ ξὺν ἱεροῖς χρὴ τό γ' εὐσεβὲς σκοπεῖν

respondet Agamemno:

εἴσει σύ· χερνίβων γὰρ ἑστήξει πέλας.

Elmsleius coniecit ἑστήξεις, quod comprobant Cobetus NL p. 264; Kontos, Λόγιος Ἑρμῆς 1866 p. 546; Curtius, Verb. II^{2} p. 267; Kuehner-Blassius I 2^{3} p. 110. Editores tamen plerique ἑστήξει servaverunt. Vix recte. Nemo enim, ut supra demonstravimus, scriptor ante Euripidem [1]), nemo aequalis, nemo usque ad Aristotelis aetatem medii forma usus est, quae eo magis mihi suspecta videtur, quod secunda est persona. Homeri ἑστήξομεν, Aristophanis ἑστήξω, Callimachi

[1]) Excepto Xenophonte, de quo infra agetur.

ἑστήξειν propter versuum rationem depravari vix poterant. Hic autem, quod ἑστήξει legibus metricis non obstat, lectori, qui, cum inde ab Aristotele saepius ἑστήξομαι usurpatum sit, fortasse medii formam solam noverat, correctio erat proclivis.

Probandum autem censeo medii futurum duobus locis Xenophonteis, quod codices exhibent et in instit. Cyr. VI 2, 17 ἔτι δὲ ἅρματα ἔρχεται, ἃ οὐχ οὕτως ἑστήξεται, ὥσπερ πρόσθεν ἀνεστραμμένα et in libro de ven. X 9 ἐὰν δὲ ἄπεδον (sc. ᾖ τὸ χωρίον), εὐθὺς ἑστήξεται περὶ αὐτὸν ἔχων. Cobetus NL p. 774 utroque loco ἑστήξει restituendum esse coniecit, item Kontos l. l. p. 546 s., Radermacher[1]); priore loco Hugius quoque recepit. At nemini ignotum est Xenophontem cum reliquis Atticis scriptoribus in verbis et formis eligendis saepe dissentire, neque iniuria Mahaffyus[2]) praenuntium „hellenismi" eum dixit. Itaque cum inde ab Alexandri temporibus, ut supra vidimus, medii forma non raro occurrat, in ἑστήξει mutare valde dubito. In libro de ven. iure ἑστήξεται servat Pierleonius.

Activi tamen formam restituendam puto in Xen. an. II 4, 5, ubi meliores libri C et B (Parisini), A (Vatic.), E (Etonens.), D (Bodleian.) praebent: Ἐννοῶ δ' ὅτι, εἰ νῦν ἄπιμεν, δόξομεν ἐπὶ πολέμῳ ἀπιέναι καὶ παρὰ τὰς σπονδὰς ποιεῖν· ἔπειτα πρῶτον μὲν ἀγορὰν οὐδεὶς παρέξει ἡμῖν, οὐδὲ ὅθεν ἐπισιτιούμεθα· αὖθις δὲ ὁ ἡγησόμενος οὐδεὶς ἔσται· καὶ ἅμα ταῦτα ποιούντων ἡμῶν εὐθὺς Ἀριαῖος ἀποσταίη, ὥστε φίλος ἡμῖν οὐδεὶς λελείψεται, ἀλλὰ καὶ οἱ πρόσθεν πολέμιοι ἡμῖν ἔσονται. Deteriorum librorum consensu pro ἀποσταίη traditur ἐφεστήξει, quod quin ex ἀφεστήξει corruptum sit, nemo dubitabit. Meliorum codicum lectionem plurimi editores ἂν particula adiecta praetulerunt. Sed gravem movet suspicionem, quod

---

[1]) Radermacher Mus. Rhen. LI 621: „*Xenophon und überhaupt die gute Sprache kennen nur ein actives* ἑστήξω." Similiter iam Frotscher, Oratio funebris in Constant. Fribergae 1856 p. 70.

[2]) I P. Mahaffy, The progress of Hellenism in Alexanders empire, Chicago 1905 chap. I; cf. Christ-Schmid, Gesch. der griech. Lit. I^5 p. 472 s.

et ante et post ἀποσταίη exstant futura: δόξομεν, παρέξει, ἐπισιτιούμεθα, ἔσται, imprimis autem λελείψεται et πολέμιοι ἔσονται in sententia consecutiva ab ἀποσταίη pendenti. Nam Xenophontem, si potentiali notione scripsisset ἂν ἀποσταίη, verisimile est continuaturum fuisse: ὥστε ἂν εἴη λελειμμένος. Licet tamen hoc non fuerit necessarium, nonne quod omnibus in libris ἂν deest, suspicio nostra augetur? Mihi quidem mendo videtur mederi unum ἀφεστήξει, quod iure nuper Marchantius in textum recepit. Neque ob eam rem ἀφεστήξει reiciendum est, quod bis apud Xenophontem ἑστήξεται exstat. Nam formam activi illa aetate viguisse iam supra dictum est, varietas vero formarum in Xenophontis dicendi genere non est mira.

Quibus expositis haec licet statuere: Veteres scriptores praeter Xenophontem unum activum futurum ἑστήξω usurpaverunt. Ab Aristotelis temporibus in usu erat ἑστήξομαι[1]), pro quo nonnulli, imprimis Attici sermonis imitatores, denuo ἑστήξω adhibuerunt.

2. De futuris τεθνήξω et τεθνήξομαι.

Futurorum ex τέθνηκα natorum apud veteres pauca exempla occurrunt. Activi generis sunt Aesch. Ag. 1279 τεθνήξομεν; Arist. Ach. 325 τεθνήξων (de tribus aliis locis Aristophaneis infra agetur); Plat. Gorg. 469 D τεθνήξει[2]);

---

[1]) Cf. Schmid, Att. IV 616: „*Das Bestreben, Medialformen als die eleganteren zu gebrauchen, ist schon der Literatur-*Κοινή *eigen . . ., so* ἑστήξομαι, τεθνήξομαι."

[2]) Quem ad locum scholiastae adnotaverunt, alter: Τεθνήξει ἐνεργητικὸν ἀντὶ παθητικοῦ τοῦ τεθνήξομαι καινοπρεπῶς παρελήφθη, alter: Ἐνεργητικὸν ἀντὶ πάθους Ἀττικῶς. Veteres ergo iam de usu τεθνήξω et τεθνήξομαι formarum dissentiebant. Etiam Thomas Mag. p. 363_{20} ed. Ritschl hunc Platonis locum commemorat: Τεθνήξοντος ἐπὶ τοῦ μετ᾽ ὀλίγον μέλλοντος λέγε. Πλάτων δὲ ἐν Γοργίᾳ ἐπὶ μέλλοντος ἐνεργητικοῦ λέγει· τεθνήξει οὗτος ὃν ἂν δόξῃ. καὶ Λιβάνιος· εἰ μή τις ἄρτον μεταδοίη, τεθνήξει. Ὅπερ καὶ Λουκιανὸς ἐν τῷ Ψευδοσολοικιστῇ ἀπαγορεύει. Lucianus enim, ut omnes fere posteri, constanter medium τεθνήξομαι usurpavit, unde intellegitur, quid dicere velit in Pseudosophista 7 (570): Ἀττικίζοντος δέ τινος καὶ τεθνήξει εἰπόντος ἐπὶ τοῦ τρίτου, Βέλτιον,

in Lysiae apologia Socratis fr. 219 ed. Baiter et Sauppe traditur τεθνήξῃ et τεθνήξομαι, quas formas incertas iudico (vide p. 22).

Raro activi forma posteri usi sunt, ut poeta incertus apud Suidam s. v. ἐπέσσειεν (Callimachus secundum Diltheyum Cyd. p. 85) τεθνήξοντος, compluribus locis Dio Cassius, singulis Libanius[1]) et Hesychius.

Medium τεθνήξομαι indubitatum non nisi a cadentis Graecitatis scriptoribus usurpatum est, ut in [Apollodori] bibliotheca, apud Onasandrum, persaepe deinde apud Iosephum, Plutarchum, Lucianum, Aelianum, Artemidorum, Libanium, alios.

Male medii forma tradita est tribus locis Aristophaneis:

Ach. 590: Οἴμ' ὡς τεθνήξει[2]). Μηδαμῶς, ὦ Λάμαχε.
nub. 1436: ἢν δὲ μὴ γένηται,
μάτην ἐμοὶ κεκλαύσεται, σὺ δ' ἐγχανὼν τεθνήξει.
vesp. 654: οὐκ ἔστιν ὅπως οὐχὶ τεθνήξει[3]), κἂν χρῇ
σπλάγχνων μ' ἀπέχεσθαι.

Recte omnes recentiores editores Elmsleium (ad Ach. 590) secuti tribus his locis Aristophani τεθνήξεις reddiderunt. Nam cum ceteri scriptores veteres, ut ἑστήξω, ita τεθνήξω usurpaverint et Aristophanes ipse τεθνήξων scripserit Ach. 325 et ἑστήξω Lys. 634, futurum medii apud Aristophanem plane suspectum est. Parum recte videtur mihi Teuffelius ad nubes p. 178 adnotare Aristophanis aetate τεθνήξω et τεθνήξομαι in usu fuisse ita, ut postea medii generis forma saepius usurparetur. Namque si reputaverimus, ut Eur. Iph. Aul. 675 ἑστήξει (cf. p. 18), ita hic solam secundam

---

ἔφη (Σωκράτης), καὶ ἐνταῦθα μὴ ἀττικίζειν καταρώμενον. Τεθνήξει enim, quod Attici de tertia persona adhibebant, Luciani aetate de secunda intellegebatur, ut qui τεθνήξει dicebat, alteri καταρᾶσθαι videretur.

[1]) III 463₂ F τεθνήξων. Tredecim aliis locis (si non pluribus) Libanius τεθνήξομαι adhibuit, sed praeterquam quod τεθνηξόμενος non facile in τεθνήξων depravari potuit, eo fortasse defenditur τεθνήξων, quod Libanius perfecti ἕστηκα futurum constanter activi generis usurpavit: ἑστήξω.

[2]) R habet τεθνήσει, idem Suid. s. v. τεθνήσῃ· διὰ τοῦ σ οἱ Ἀττικοί: Οἴμ' ὡς τεθνήσῃ. Equidem σ ex ξ depravatum puto, cf. p. 15 adn. 1.

[3]) R et V τεθνήσει.

personam activi terminatione insignitam esse, statim intellegemus, quomodo mendum Aristophanis libros invaserit. Librariis, ut omnibus sequioribus medii forma erat usitata τεθνήξει, non τεθνήξεις, quod barbarismum rati[1]) σ omiserunt, praesertim cum versus rationem τεθνήξει non offendat. Τεθνήξων et ἑστήξω propter versum depravari vix poterant. Conferas etiam, quod Lucianus de τεθνήξει dicit in Pseudosoph. 7 (570) (cf. p. 20 adn. 2).

Restat ut disseramus de Lys. apol. Socr. fr. 219 Baiter et Sauppe (ex Ioannis Stobaei floril. VII 56), ubi legimus: Τεθνήξῃ τοίνυν, ἔφη ὁ Λυσίας, εἰ μὴ οὕτως ἀπολογήσῃ. Ὁ δέ, εἰ γάρ, ἔφη, καὶ μὴ νῦν, πάντως τεθνήξομαι. Cobetus NL p. 669 hanc apologiam *fabulam a sequiore quodam fictam* iudicavit. *Quam exstitisse editam iure Sauppius negat* statuit Thalheimius, Lysiae orationes 1901 p. 370. Equidem etsi Lysiam contra Polycratis accusationem Socratis apologiam scripsisse non negem, verba Lysiana num integra Stobaeus nobis tradiderit, graviter dubitandum censeo. Lysias certo, ut omnes, qui puro Attico sermone utebantur, activi formam τεθνήξω usurpavit.

Quae diximus, ut complectamur, constituimus haec: Veteres scriptores unum activum τεθνήξω noverant. Ab Hellenisticis autem temporibus constanter fere saepissimeque τεθνήξομαι in usu erat, quod etiam Attici sermonis imitatores adhibuerunt, activum τεθνήξω, ut ex Luciani Pseudosoph. 7 intellegitur, consulto evitantes.

V. De futuri tertii circumscribendi ratione.

Quod futurum tertium activi generis ex perpaucis perfectis raroque formabatur, Graeci hoc tempus participio perfecti cum ἔσομαι coniuncto circumscribere solebant, ut Aesch. Ag. 1179 ἔσται δεδορκώς; Plat. Gorg. 469 D κατεαγὼς ἔσται; Demosth. I 14 ἐγνωκὼς ἔσται etc. Sed etiam medii

---

[1]) Cf. Plat. schol. ad Gorg. 469 D: Ἐνεργητικὸν καινοπρεπῶς παρελήφθη; cf. p. 20 adn. 2.

et passivi futura tertia, quibus, ut infra planius demonstrabitur, non pauca verba carent, saepe circumscripta inveniuntur, ut iam Homerus semel atque iterum usurpavit τετελεσμένον ἔσται (Il. α 212, β 257 etc.); Plat. Hipp. mai. 288 A ἀποκεκριμένος ἔσομαι; Lycophr. Al. 411 ἐστεναγμένος ἔσται; Liban. IV 281_{10} F ἔσεσθε κεχαρισμένοι. Sed ut praeter simplices aliorum temporum formas nonnunquam circumscriptae usurpabantur, ita futuri tertii. Iuxta usitatissima futura τεθνήξω sive τεθνήξομαι, πεπράξομαι, βεβλήσομαι exstant τεθνηκυῖα ἔσται Plat. Phaed. 106 B, πεπραγμέν' ἔσται Soph. OR 621, ἐκβεβλημένη ἔσται Demosth. LIX 86. Plura exempla invenies in indice.

Ut pro perfecto nonnunquam Graeci εἶναι cum participio aoristi coniunctum adhibebant [1]) (Soph. OR 90 προδείσας εἰμί, Eur. Alc. 465 εἴη σιγηθείς etc.), ita, etsi rarissime, pro futuro tertio ἔσεσθαι cum hoc participio coniunctum: Aesch. Suppl. 460 γηρυθεῖσ' ἔσει, Soph. Ant. 1067 ἀντιδοὺς ἔσει, Herod. VII 194 διαφυγὼν ἔσεσθαι; plura exempla in indice afferentur.

Graeci nostrae aetatis, qui perfectum constanter circumscribunt, tertium quoque futurum circumscriptum formant: θὰ ἔχω (= ἕξω) δεμένο sive δέσει *vinxero*, θὰ εἶμαι (= ἔσομαι) δεμένος *vinctus ero* [2]).

B. De futuri tertii significatione.

Futura tertia ex perfectis orta esse ut ex forma intelleximus, ita ex significatione cognoscemus. Quam enim longe plurima Graecorum perfecta significant actionem plane peractam, cuius permanet effectus [3]), eandem futura ex iis deri-

---

[1]) Cf. Stahl, Synt. p. 145.

[2]) Cf. Thumb, Handbuch der neugriech. Vulgärsprache, Strassburg 1895 p. 107. 110.

[3]) Alexandrinis demum temporibus perfectum praeteriti loco pro aoristo adhibebatur. Cf. Brugmann, Gramm.[3] p. 494.

vata[1]). Itaque huic tempori non ut Romanorum futuro exacto rei postero tempore simpliciter confectae[2]), sed status futuri in actione positi notio inest. Quare respiciendum est in vertendis futuris tertiis, quod Kuehner-Gerthius II 1³ p. 147 scripsit de perfectis: *Da die Griechen weniger den eigentlichen Akt der Vollendung als das aus der Vollendung für die Gegenwart hervorgegangene Ergebnis, den durch die Vollendung der Tätigkeitsäusserung eingetretenen Zustand ins Auge fassen, so muss der Deutsche, dem dieser Sprachgebrauch im allgemeinen fremd ist* (quod idem pertinet ad Latinum sermonem), *viele griechische Perfecta durch Praesentia von andern Verben übersetzen, welche den durch die Vollendung der Tätigkeitsäusserung eingetretenen Zustand ausdrücken.* Similiter enim perfecti futura per prima futura statum significantia vertenda sunt, ut λελείψεται non tam per *relictum erit*, quam per *reliquum erit* reddemus. Vides igitur tertium futurum inepte *exactum* nominari. Ac ne per *reliquum erit* quidem satis accurate vertimus. Melius sententiam assequimur duabus formis et actionem perfectam et statum exprimentes, ut τετάξομαι *constitutus ero et ita stabo*; sed brevitati servientes plerumque una forma statum significanti utimur. Qua significatione iam Homerus futura tertia usurpavit. Neque intellego, cur Kohlmannus, Perf. intens. p. 11 statuere potuerit post Homeri demum aetatem ex perfectis

---

[1]) De futuris ex perfectis intensivis quae vocantur productis infra agetur.

[2]) Pro Romanorum futuro simpliciter exacto, quod non statum, sed solam actionem perfectam significat et sedem imprimis in secundariis sententiis habet, apud Graecos proprium tempus non exstat. Loco eius interdum primum futurum ponitur, ut Aesch. Sept. 196: κεἰ μή τις ἀρχῆς τῆς ἐμῆς ἀκούσεται, . . . ψῆφος κατ᾽ αὐτῶν ὀλεθρία βουλεύσεται, saepius coniunctivus aoristi particula ἂν adiecta: Demosth. XXXIX 14 ἐὰν ὄφλῃ τῷ δημοσίῳ, τί μᾶλλον οὗτος ἐγγεγραμμένος ἔσται ἐμοῦ; cf. Stahl l. l. p. 140 s, 167 s. Quas constructiones acie, quae futuro exacto Latini sermonis efficitur, carere apertum est. Rarissime pro eo ἔσομαι cum participio aoristi coniunctum usurpabatur (cf. p. 23), quae circumscriptio Romanorum futuro exacto simillima est; cf. Kuehner-Gerth II 1³ p. 181.

futura derivata, Homeri ipsius futura reduplicatione instructa omnia ex aoristis orta esse. Vel forma complurium futurorum obstat: κεκλήσομαι enim, λελείψομαι, μεμνήσομαι, εἰρήσεται vix quisquam ex aoristis formaverit. Atque etiamsi ego quoque nonnulla futura reduplicata, ut κεκαδήσω, κεκαδήσομαι, πεπιθήσω, πεφιδήσομαι, ἀκαχήσω, τετορήσω, quod perfectis carent, in aoristi futuris numero (cf. p. 4 ss.), tamen cetera omnia vere perfecti futura esse etiam significatione confirmari potest, quam sententiam recte omnes recentiores grammatici probant, et ii, qui Curtium, Verb. II² p. 170 s. secuti intensiva perfecta agnoscunt, ut Kuehner-Gerthius, Stahlius, Mutzbauer[1]), et ii, qui secundum Kohlmannum huic opinioni repugnant, Brugmannus et Delbrueckius[2]).

Afferantur primo nonnulla exempla Homerica. Il. ψ 795: Ἀντίλοχ', οὐ μέν τοι μέλεος εἰρήσεται αἶνος *non vanis laudibus elatus eris; laudes nostrae non vanae erunt.* Od. τ 581: τοῦ ποτε μεμνήσεσθαι ὀΐομαι ἔν περ ὀνείρῳ *in memoriam, ut arbitror, revocavero*; *memoria tenebo*; *memor ero*[3]). Il. φ 322: αὐτοῦ οἱ καὶ σῆμα τετεύξεται *sepulcrum paratum erit*; *sepulcrum erit.* Il. ν 829: ἐν δὲ σὺ τοῖσι πεφήσεαι, αἴ κε ταλάσσῃς.. *tu quoque occisus eris*; *occisus iacebis.* Il. ο 98: Οὐδέ τί φημι πᾶσιν ὁμῶς θυμὸν κεχαρησέμεν *non omnes laetitia affecti erunt*; *laeti erunt*[4]); quam eandem significationem intelleges in Od. ψ 266: οὐ μέν τοι θυμὸς κεχαρήσεται· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς χαίρω. Il. α 139: ὁ δέ κεν κεχολώσεται, ὅν κεν ἵκωμαι *ira affectus erit*; *iratus erit*[5]).

Sunt autem duo futura tertia Homerica, quae aegre similiter interpretari possimus: δεδέξομαι et βεβρώσομαι.

---

[1]) Kuehner-Gerth. II 1³ p. 148 s.; Stahl, Synt. p. 107 s.; Mutzbauer, Tempusl. I. II.

[2]) Brugmann, Gramm.³ p. 477. — Delbrück in Brugmann-Delbrück, Grundr. der vergl. Gramm der indog. Sprachen IV, Strassburg 1897 p. 172 ss.

[3]) Mutzbauer l. l. II p. 34, utrum perfectum μέμνημαι statum an intensivam actionem significet, dubitat.

[4]) De diversis huius futuri interpretationibus vide p. 5.

[5]) Mutzbauer l. l. II p. 117 iniuria κεχόλωμαι in intensivis perfectis numerat.

Significant enim certo actionem, non statum. Delbrueckius ipse, qui l. l. intensiva perfecta non agnoscit, concedit p. 255 βεβρώσεται praesenti notione usurpatum sibi difficultates afferre. Neque multo magis videtur verbis suis confisus esse scribens p. 191: „*Das Perfectum* (δέδεγμαι) *könnte* (sic!) *sich so entwickelt haben: 'ist bis heran gedrungen', 'hat seinen Standpunkt erreicht', 'hält stand'. Auffällig ist* δέδεξο Χ *340, vielleicht ist* δέχεσθαι *zu schreiben.*" Equidem cum Stahlio, Synt. p. 107 s. aliisque censeo nonnulla perfecta, ut ἔοικα κέκλαγγα, κέκραγα, λέληθα, ὄδωδα, δέδορκα, ἀλάλημαι, alia, non status, sed intensivi praesentis notione esse eademque δέδεγμαι, quod non valde differt a δέχομαι (cf. Il. χ 340 ἄλλο σὺ μὲν χαλκόν τε ἅλις χρυσόν τε δέδεξο δῶρα *accipe*). Atque huic intensivo perfecto respondet intensivum futurum δεδέξομαι (cf. Kuehner-Gerth II 1[3] p. 180): Il. ε 238 τόνδε δ' ἐγὼν ἐπιόντι δεδέξομαι ὀξέι δουρί *excipiam, sustinebo*[1]). Similiter explicandum videtur Od. β 203: χρήματα δ' αὖτε κακῶς βεβρώσεται '*bona abligurrientur*'[2]).

Post Homerum raro ex intensivis perfectis futura formata sunt; exempla omnia sunt Aristophanea: nub. 1001 τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν εἴξεις καὶ σὲ καλοῦσι βλιτομάμμαν *par eris*, cf. p. 6; equ. 285 Τριπλάσιον κεκράξομαί σου, καταβοήσομαι βοῶν σε *clamabo*[3]); vesp. 930 Ἐὰν δὲ μή, τὸ λοιπὸν οὐ κεκλάγξομαι *non iam latrabo.*

Cetera omnia futura tertia statum futurum significant, quae sententia exemplis confirmatur. Aesch. Sept. 1017: ἄγος δὲ καὶ θανὼν κεκτήσεται *acquisitum habebit; possidebit.* Soph. O.R. 411: οὐ γάρ τι σοὶ ζῶ δοῦλος, ἀλλὰ Λοξίᾳ· ὥστ' οὐ Κρέοντος προστάτου γεγράψομαι *non in Creontis clientium numero ero.* Eur. Bacch. 1313: νῦν δ' ἐκ δόμων ἄτιμος ἐκβεβλήσομαι *exsul ero.* Arist. av. 847: οὐδὲν γὰρ ἄνευ σοῦ τῶνδ' ἃ λέγω πεπράξεται *erit nullum factum, cuius tu non particeps fueris.* Herod. IX 78:

---

1) Stahl, Synt. p. 143,2 eandem sententiam habet.

2) De alia huius futuri interpretatione infra agetur.

3) Posteri nonnulli, ut ex indice intelleges, comicum illud κεκράξομαι imitati sunt.

Μαρδόνιον γὰρ ἀνασκολοπίσας τετιμωρήσεαι ἐς πάτρων τὸν σὸν Λεωνίδην *ultor eris.* Thuc. II 64,3 γνῶτε δὲ ὄνομα μέγιστον αὐτὴν ἔχουσαν . . ., ἧς ἐς αΐδιον . . . μνήμη καταλελείψεται *memoria manebit.* Xen. inst. Cyr. IV 3,18: τὸν δ' ἐναντίον ἀνατρέψω τῇ τοῦ ἵππου ῥύμῃ, ἀλλ' οὐ συμπεφυκὼς δεδήσομαι ὥσπερ οἱ ἱπποκένταυροι *non in vinculis ero.* Plat. rep. VI 506 A: Οὐκοῦν ἡμῖν ἡ πολιτεία τελέως κεκοσμήσεται, ἐὰν ὁ τοιοῦτος αὐτὴν ἐπισκοπῇ φύλαξ; *in optima condicione erit.* rep. V 457 B: κάλλιστα γὰρ δὴ τοῦτο λέγεται καὶ λελέξεται *optime dicitur dictumque manebit.* Hippocr. περὶ διαίτης ὀξέων I 116 K: Ἢν μὲν οὖν μὴ προστιμωρήσῃ τις . . , πολλαχῇ βεβλάψεται *detrimento affectus erit; detrimentum ei erit.* Lys. XXXI 24: δεινὸν γὰρ ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι, εἰ ἐξ ὧν μὲν ἤδη ἡμάρτηκε μηδέποτε τιμωρηθήσεται, ἐξ ὧν δὲ μέλλει εὖ ποιήσειν ἤδη τετιμήσεται *in honore erit.* Demosth. XVI 2: χαριεῖται μὲν οὐδετέροις, διαβεβλήσεται δὲ πρὸς ἀμφοτέρους *disiunctus erit; oderit.* Callim. in Del. 270: γαιάων τοσσόνδε θεῷ πεφιλήσεται ἄλλῳ οὐ Κερχνὶς κρείοντι Ποσειδάωνι Λεχαίου ὡς ἐγὼ Ἀπόλλωνι *amori erit.*

Posterorum ex his exemplis status notio eminet: Aelian. fr. 103 (p. 236_5 Herch.): ἐρωτᾷ εἴ οἱ πεπαύσεται νοσῶν ποτε ὁ παῖς *num quando futurus non iam sit aegrotus.* Lucian. dial. mar. IX 1: ἀλλ' ὅπερ ἔφην ἐν τῇ Τρῳάδι ἢ ἐν Χερρονήσῳ τεθάψεται *sepultus iacebit, sepulcrum eius erit.* Philostr. Ap. Tyan. p. 248_{29} Kayser: τούτοις ἀπὸ τῆς οὐσίας μικρὰ δοὺς ἀσφαλῶς κεκτήσῃ τὰ πλείω *possidebis.* Aristid. LIV t. II 677_9 Dind.: τούς τ' ἐπιγιγνομένους ἡμῶν καταλελήψεται τοὔνειδος *liberos ignominia affecerit; liberi in dedecoratorum numero erunt.* Liban. II 142_{11} F: κεκλείσεται πᾶς μὲν ἡμῖν λιμήν, πᾶσα δὲ ἤπειρος *portus clausus erit; non patebit.*

Circumscripta futura tertia a simplicibus significatione non differunt, id quod nonnullis locis illustrabimus: Soph. Trach. 941/2: κλαίων ὀθοὐνεχ' εἰς δυοῖν ἔσοιθ' ἅμα, πατρός τ' ἐκείνης τ', ὠρφανισμένος βίου *privatus erit; carebit.* Xen. inst. Cyr. VII 2, 13: ἢν δὲ διαρπάσῃς, καὶ αἱ τέχναι σοι . . . διεφθαρμέναι ἔσονται, *dissolutae erunt; non iam erunt.*

Plat. leg. II 654 C: βέλτιον ὁ τοιοῦτος πεπαιδευμένος ἡμῖν ἔσται τὴν χορείαν τε καὶ μουσικὴν ἢ ὃς ἂν... δυνηθῇ *eruditus erit*; *sciet*; *peritus erit*. Demosth. IV 50: ἂν ταῦτα εἰδῶμεν, καὶ τὰ δέοντα ἐσόμεθα ἐγνωκότες *noverimus*, *sciemus*. Aristot. de cael. I 273 a_{20}: εἰ θάτερον ὥρισται, καὶ θάτερον ὡρισμένον ἔσται *alterum quoque determinatum erit*; *alterum quoque determinatum habebimus*.

Adiungantur duae sequiorum temporum circumscriptiones: Pap. Louvre[1]) XIII 30 (157^{a}): Τούτου δὲ γενομένου ἔσομαι τετευχὼς τῶν δικαίων *eorum quae mihi debentur*, *compos ero*. Lucian. dial mort. XXII 1: Μάτην οὖν ἔσῃ πεπλευκὼς τοσοῦτον πλοῦν *vana erit navigatio tua*.

Sunt autem satis multa perfecti futura, quae tertiorum futurorum significationem exuisse et primorum loco videntur posita esse. Ut enim nonnunquam perfecta adhibentur, ubi, quae futura sunt, tam certo vel tam celeriter eventura esse affirmantur, quasi iam evenerint[2]), ita ad id ipsum indicandum futura tertia usurpantur. Neque vero, cum per se clarum mihi videatur omni formae propriam significationem inesse, status notione hoc tempus pro origine sua carere potest (exceptis iis futuris, quae ex perfectis intensivis prodierunt; ad ea enim hoc loco non respicimus). Quare futurum tertium nunquam idem exprimit ac futurum primum. Praefertur autem interdum, quod orationi maiorem vim atque gravitatem affert. Contextu singulorum locorum efficitur, ut modo certo modo statim futurae actionis significatio praevaleat. Illa haud dubie effulget ex Soph. Ai. 1141: Ἕν σοι φράσω·

---

[1]) In Notices et Extraits des Manuscrits de la bibliothèque impériale XVIII 2, Paris 1865.

[2]) Cf. Kuehner-Gerth II 1^{3} p. 150; Brugmann, Gramm.[3] p. 494; Stahl, Synt. p. 117. Ex multis exemplis afferam Soph. Phil. 75: εἴ με τόξων ἐγκρατὴς αἰσθήσεται, ὄλωλα. Etiam infinitivus perfecti interdum actionis statim eventurae notionem habet, ut Arist. vesp. 957: οὐδέποτ' ἤλπισα οὕτω ταχέως τοῦτον πεπύσθαι τὴν πόλιν. Quare coniecturas Kruegeri κεκωλύσεσθαι Thuc. II 8, 3, ubi legitur: ἐν τούτῳ κεκωλῦσθαι ἐδόκει τὰ πράγματα, ᾧ μή τις αὐτὸς παρέσται et Cobeti (NL 215) πεπράσεσθαι Xen. Hell. VI 2, 15, ubi exstat: ἐκήρυξεν.. πεπρᾶσθαι, ὅστις αὐτομολοίη, non necessarias puto.

τόνδ' ἐστὶν οὐχὶ θαπτέον (Menel.). Ἀλλ' ἀντακούσει τοῦτον ὡς τεθάψεται (Teuc.). Eur. Heraclid. 980: τὸ δ' ἔργον τοῦτ' ἐμοὶ πεπράξεται. Xen. an. I 5, 16: εἰ γάρ τινα ἀλλήλοις μάχην συνάψετε, νομίζετε ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ ἐμέ τε κατακεκόψεσθαι[1]) καὶ ὑμᾶς οὐ πολὺ ὕστερον. Plat. Gorg. 469 D: ἐὰν γὰρ ἄρα ἐμοὶ δόξῃ τινὰ τουτωνὶ τῶν ἀνθρώπων μάλα δεῖν τεθνάναι, τεθνήξει οὗτος ὃν ἂν δόξῃ· κἂν τινα δόξῃ μοι τῆς κεφαλῆς αὐτῶν κατεαγέναι δεῖν, κατεαγὼς ἔσται αὐτίκα μάλα, κἂν θοἰμάτιον διεσχίσθαι, διεσχισμένον ἔσται.

Vides igitur circumscripta quoque futura tertia hanc actionis certissime eventurae sententiam habere. Quae iam ex Homeri τετελεσμένον ἔσται videtur elucere; cf. Il. α 212: ὧδε γὰρ ἐξερέω, τὸ δὲ καὶ τετελεσμένον ἔσται, quod Mutzbauer l. l. II p. 138 optime vertit: *Die Erfüllung wird sicher sein.*

Qui intensiva perfecta non agnoscit, etiam Homeri (Od. β 203) βεβρώσεται in huius significationis futuris tertiis numerare potest; cf. p. 25 s.

Iniuria Kuehner-Gerthius II 1³ p. 181 videtur mihi negare futuro tertio unquam rei mox futurae notionem inesse. Nam quod interdum αὐτίκα adiunctum est, solum ad vim augendam positum existimo. Iam Macrobius de differ. et soc. Graec. Latinique verbi XII 2 dicit futurum tertium *de re non multo post, sed mox futura* usurpatum esse. Eadem est veterum grammaticorum Graecorum sententia, qui hac ex significatione perfecti futurum μετ' ὀλίγον μέλλοντα nominabant[2]), quod nomen, cum a plurimorum perfecti fu-

[1]) Iniuria arbitror Cobetum N. L. p 413 cum melioribus libris κατακόψεσθαι scribere. Etiamsi futura me lii, ut ζημιώσεσθαι, κωλύσεσθαι, πολεμήσεσθαι, τιμήσεσθαι, a prosaicis scriptoribus nonnunquam adhibentur pro passivis, tamen brevia ut λέξεσθαι, πράξεσθαι rarissime. Κόψεσθαι vero nullo probari potest exemplo. Lysias III 34 praebet συγκοπήσεσθαι; Aristophanes nub. 1125 ἀποκεκόψονται; ran. 1223 ἐκκεκόψεται; thesmoph. 1127 ἀποκεκόψι atque etiam Libanius usurpavit futurum tertium IV 798_9 R ἐκκεκόψεται. Servandum igitur videtur mihi deteriorum codicum κατακεκόψεσθαι, praesertim cum sententia nullas afferat difficultates, quin etiam futurum III commendet.

[2]) Stephan. schol. in Dionys. Thr. p. 251_{17} Hilgard; Theodos. Al. Canones p. $6'_3$ Hilgard; Choerobosc. schol. in Theodosii Can p. 207_{31} Hilgard; Eust. ad. Il. ω 58. Cf p. 1 adn. 2.

turorum significatione, ut supra intelleximus, alienum est, repudiamus. Cognoscitur mea quidem sententia actionis extemplo eventurae vis sine dubio ex his exemplis:

Arist. Plut. 1027: Φράζε, καὶ πεπράξεται. Thuc. VII 14,3: εἰ δὲ προσγενήσεται ἓν ἔτι τοῖς πολεμίοις, . . . διαπεπολεμήσεται αὐτοῖς ἀμαχεὶ ὁ πόλεμος. Demosth. XIV 3: εἰ δὲ παρελθὼν εἷς ὁστισοῦν δύναιτο διδάξαι, . . . τίς παρασκευὴ . . χρήσιμος ἔσται τῇ πόλει, πᾶς ὁ παρὼν φόβος λελύσεται. Xen. inst. Cyr. I 6,9: αὐτίκα δήπου οἶσθα, ὅτι, εἰ μὴ ἕξει τὰ ἐπιτήδεια ἡ στρατιά, καταλελύσεται[1]) ἡ ἀρχή.

Nonnunquam futura tertia utriusque significationis esse videntur, ut difficile dictu sit, utra praevaleat. Quorum in numero habenda sunt haec:

Soph. Ant. 91: οὐκοῦν, ὅταν δὴ μὴ σθένω, πεπαύσομαι. Pariter Trach. 587: εἰ δὲ μή, πεπαύσομαι. Xen. an. VII 1,36: ὁ Ἀναξίβιος ἐκήρυξεν, ὃς ἂν ἁλῷ ἔνδον στρατιωτῶν, ὅτι πεπράσεται. Plat. Theaet. 180 A: κἂν τούτου ζητῇς λόγον εἰπεῖν, τί εἴρηκεν, ἑτέρῳ πεπλήξει καινῶς μετωνομασμένῳ. Politic. 265 C: ἂν γὰρ ὀνομάζειν αὐτὰ βουληθῇς, ἔσται σοι περιπεπλεγμένον μᾶλλον τοῦ δέοντος.

Etiam voluntativa quaedam notio ex compluribus perfecti futuris emicat, ita ut coniunctivi vel imperativi significationem contingant[2]): Soph. Ai. 577: τὰ δ' ἄλλα τεύχη κοίν' ἐμοὶ τεθάψεται („soll begraben sein"). Antiph.

---

[1]) Recte Cobetus futurum tertium hoc loco restituit pro librorum καταλύσεται V.L. p. 117: *non licet enim Graecis λύσομαι pro λυθήσομαι dicere.* Probo hanc opinionem. Nemo enim Atticorum scriptorum λύσομαι passive adhibuit; constanter usurpaverunt λυθήσομαι, ut Thuc. I 70; III 115; Plat. Tim. 41 B; rep. VII 546 A alibique saepissime; interdum λελύσομαι scripserunt, ut Dem. XIV 3 et Xen. inst. Cyr. VI 2, 37, ubi nonnulli deteriores codices ἀπολύσονται praebent. Depravatio facilis est intellectu. Item sine dubio in I 6, 9 καταλελύσεται corruptionem subiit; cf. etiam p. 29 adn. 1.

[2]) Cf. Stahl, l. l. p. 234: *Häufig liegen beim Futur die futurale und die voluntative Bedeutung sich so nahe, dass sie beide gleichmässig möglich sind.*

V 75: καίτοι τάχ' ἂν σφαλείην, ἃ ἐκεῖνος ἔργῳ ἔπραξεν, ταῦτ' ἐγὼ λόγῳ μὴ ὀρθῶς εἰπών, ὅμως δ' οὖν κεκινδυνεύσεται *tamen audeamus (dennoch soll es gewagt sein)*; cf. Stahl l. l. p. 359s. Saepissime εἰρήσεται, quod raro vere perfecti futuri habet sententiam, huius notionis est (*Es soll bestimmt gesagt werden*; *ich will es sicher sagen*). Quare praecipuam sedem obtinuit in adversativis quae vocantur enuntiatis. Semel igitur atque iterum legimus ὅμως εἰρήσεται Eur. Bacch. 776; Hec. 825; Thuc. VI 34, 4; Plat. leg. XI 918 E, alibi; similiter Eur. Ion. 760: εἰρήσεταί τοι κεἰ θανεῖν μέλλω διπλῇ; Plat. rep. V 473 C: εἰρήσεται δ'οὖν, εἰ καὶ..; Eur. Phoen. 928: ἄλλοις μελήσει ταῦτ', ἐμοὶ δ' εἰρήσεται; Isocr. XII 16: εἰρήσεται γάρ, εἰ καί τισι δόξω νεώτερα.. λέγειν. Quae vis facillime cognoscitur etiam ex formulis quibusdam ab oratoribus potissimum usurpatis, quales sunt: εἰρήσεται γὰρ τἀληθές Isocr. VII 76; Demosth. XI 17 etc.; εἰρήσεται γὰρ πᾶσα ἡ ἀλήθεια Demosth. XXXII 26; XLIV 4, et similibus.

Plane autem in primorum futurorum significationem transierunt futura III in multis scriptis Hippocraticis, in quibus, ubi neque de statu neque de actione certo vel statim eventura agitur, sed simplex futurum postulatur, perfecti futura exstant, quae sunt plerumque ex verbis 'dicendi' formata. Ita constanter primi futuri sensu sunt γεγράψεται (in libris περὶ διαίτης ὀξέων, ἐπιδημιῶν I et III, περὶ ἄρθρων, περὶ παθῶν, γυναικείων I), εἰρήσεται (in libris περὶ διαίτης ὀξέων, περὶ ἀγμῶν, περὶ ἄρθρων, περὶ ἀρχαίας ἰητρικῆς, κατ' ἰητρεῖον, μοχλικόν, περὶ διαίτης, περὶ γονῆς, περὶ φύσιος παιδίου, γυναικείων I), δεδηλώσονται (in libro περὶ ἄρθρων)[1]. — Afferam nonnulla exempla: περὶ ἄρθρων II 132_3 K περὶ ἧς ὕστερόν ποτε γεγράψεται; περὶ ἀγμῶν II 61_{15} K Τὰ μὲν οὖν τιτρωσκόμενα ἐν ἑλκωσίων μέρεϊ εἰρήσεται; περὶ ἄρθρων II 171_{19} K Αἱ δὲ... κοινωνίαι ἐν ἑτέρῳ λόγῳ δεδηλώσονται.

[1]) Veram autem perfecti futurorum significationem habent: βεβλάψεται in libro περὶ διαίτης ὀξέων, κεκρύψεται et πεποιήσεται in libro περὶ γυναικείων A. Πεπαύσομαι denique in libris, qui περὶ παθῶν et προρρητικόν B inscribuntur, potest futurum III intellegi.

Cum ab Alexandrinis temporibus perfectum praeteriti loco usurparetur, propria futuri tertii status notio omnino fere interiit. Quare ne Atticistae quidem, qui frequentissime perfecti futuro utebantur, vetustiore sensu hoc tempus adhibebant, sed elegantiae studiosi constanter fere transferebant in primi futuri locum[1]), quod iam observavit Dionysius Hal. de comp. verb. VI 43: ὁ.. λέγων.. λελύσεται τὸ λυθήσεται καὶ τὰ τοιουτότροπα μετασκευάζει τὰς λέξεις, ἵν' αὐτῷ γένοιντο ἁρμοσθῆναι καλλίους καὶ ἐπιτηδειότεραι. Optimum exemplum est Philostr. Ap. Tyan. p. 193_{11} Kays.: πανταχοῦ μὲν γεγράψῃ τῆς πόλεως, πανταχοῦ δὲ ἑστήξεις χαλκοῦς, ἡμῖν δ' ἀφορμὰς παραδώσεις λόγων, αἷς οὔτε Ἁρμόδιος οὔτε Ἀριστογείτων παραβεβλήσεται. Persaepe apud posteros τεθνήξομαι occurrit primi futuri significatione instructum: Ioseph. ant. Iud. IX 90: ἐκέλευε μηδὲν ἀπαγγέλλειν τῷ βασιλεῖ κακόν, ἔλεγε δ' ὅτι τεθνήξεται. Lucian. Char. 8: τί δ' οὖν οἰηθῶμεν; ἆρα ἐλπίζειν αὐτὸν καὶ τεθνήξεσθαί ποτε;

Non mirum igitur, quod grammatici veteres futura tertia per prima futura exponere solent (cf. Hesych. sub vocibus δεδέξομαι, ἑστήξεται, λελέξεται, τετεύξεται; Suid. s. v. δεδήσεται, πεφήσεται, κεχολώσεται). Sed quod Moeris s. v. δεδήσομαι, κεκλείσομαι, πεπαύσομαι, πεπράσομαι Attica, δεθήσομαι, κλεισθήσομαι, παύσομαι, πραθήσομαι Hellenistica futura dicit[2]), non est putandum veteres prima futura omnino repudiasse. Nam praeterquam quod Atticorum perfecti futurum nunquam eadem significatione est ac primum futurum, Kuehner-Gerthius II 1^3 p. 181 iniuria statuit haec prima futura in Atticorum libris rariora esse tertiis. Παύσομαι enim crebrius est quam πεπαύσομαι (exstat Soph. Phil. 1424; O.C. 1040; Eur. Med. 93; Arist. Plut. 23; Thuc. III 32; Xen. inst. Cyr. I 4, 21, alibi); δεδήσομαι prosaici Attici bis adhibuerunt, δεθήσομαι Demosthenes quater praebet (XXIV 126; 131; 190; 191); iuxta κεκλείσομαι, cuius unum exemplum exstat Aristophaneum (Lys. 1071), συγκλεισθήσονται legitur Xen. Hell.

[1]) Cf. W. Schmid, Att. IV p. 76.

[2]) Ab hoc pendet Phavorinus Camers: πεπράσομαι Ἀττικώτερον ἢ πραθήσομαι; cf. Schmid, Att. I 95.

V 2, 19; πραθήσομαι solum non repperi, sed quod ne πεπράσομαι quidem plus semel in prosaicis libris exhibetur, occasionem futuri primi adhibendi censeo defuisse.

His de perfecti futuri significatu expositis sequitur ut de usu eius uberius disputemus.

C. De futuri tertii usu.

I. Quae quotiensque perfecti futurorum formae usurpatae sint.

Ac primum quidem agamus de singularum formarum, i. e. de modorum et nominum verbalium, usu.

1. De usu modorum futuri tertii.

Omnes fere perfecti futurorum formae sunt indicativi modi. Neque mirum id videbitur, si reputaveris ne primi quidem futuri subiunctivum unquam formatum[1], optativum autem, qui ante Pindarum non exstitit[2], rarissime usurpatum esse. Accedit quod optativus futuri nisi

[1]) Speciem subiunctivi futuri III habet mira forma μεμισθωσώνται in Tabula Heracl. CIG 5774 (III 695): τὰν γᾶν, ἄν κα αὐτοὶ μεμισθωσώνται ἢ ἀρτύσωντι ἢ ἀποδῶνται. H. L. Ahrensius de dial. Dor, Gott. 1843 p. 333 hanc formam *aoristum primum* appellat *a perfecto eodem modo derivatum ut vulgo futurum tertium.* Rectius videtur mihi G. Curtius (Studien zur griech. u. lat. Gramm. I p. 241; VIII p. 464; Verb. II² p. 231) perfectum sigmaticum eam intellegere, quale in eadem tabula (lin. 121) γεγραψάται. Quam sententiam probat R. Meister, De dial. Heracl. (Curtii Stud. zur griech. u. lat. Gramm. IV 2 p. 431 s.): *Perfecti sigmatici i. e cum* ἐς *radice compositi, quod in Latina lingua latissime patet, nonnulla vestigia etiam in Graeca reperiri possunt, ut* εἴξασι *et* ἴσασι, *cuius Dorica* ἴσαντι *forma prorsus primigenii *vid-santi respondet. — Atque eodem modo* γεγραπ-σάται *cum forma radicis* ἐς *compositum est, quae item patet in scr. vid-ratê = indog. *vid-santi et* μεμισθωσώνται: μεμισθώνται = *dederit* (*dedesit*) : *dedit.*

[2]) Stahl, Synt. p. 326.

modus obliquus in usu non erat[1]), quare solum in enuntiationibus a praeterito tempore pendentibus locum tenebat, tertia autem futura ex natura et significatione sua praecipue in primariis enuntiatis sedem habebant (vide p. 43). Itaque ex perfecti futuris ea sola ad optativos formandos apta erant, quae plane fere in primorum futurorum significationem transierant, ita ut notione antegressae actionis maxime attenuata status solus emineret, ut ἑστήξω, τεθνήξω sive τεθνήξομαι, κεκλήσομαι.

Ex veterum libris non plus duo exempla in promptu sunt: Plat. conv. 220 D: ἐφύλαττον αὐτόν, εἰ τὴν νύκτα ἑ σ τ ή ξ ο ι et Tim. 42 A: εἶπεν αὐταῖς, ὅτι . . τὸ κρεῖττον τοιοῦτον εἴη γένος, ὃ καὶ ἔπειτα κ ε κ λ ή σ ο ι τ ο ἀνήρ.

Ex sequiorum operibus tria exempla afferre possum et ea omnia futurorum ex τέθνηκα effectorum: Socraticor. epist. (Aeschin. ad Xenoph.) XIV 6 p. 620 Herch.: λέγειν ὡς οὐ μέλει ἡμῖν, εἰ αὐτίκα τεθνήξοιτο, οὕτω γελᾶν. Dion. Cass. LVIII 27,3: τὴν ὥραν, ἐν ᾗ τ ε θ ν ή ξ ο ι, εἶπεν. Synes. ep. 4 p. 642 Herch.: ἔκλαον, ὡς οἶδεν ὁ Ξένιος, οὐκ ε ἰ τ ε θ ν η- ξ ο ί μ η ν, ἀλλ' εἰ ὁ Θρᾶξ ἀποστερήσοιτο. Videntur igitur posteri quoque optativo futuri tertii raro usi esse; nam vix casui est tribuendum, quod inter quingenta fere inferioris aetatis perfecti futura, quae mihi innotuerunt, non plus tria sunt modi optativi.

Circumscripti futuri tertii optativum huius aetatis cognovi nullum, ex veterum autem libris hos: Soph. Trach. 941: κλαίων ὀθούνεχ' εἷς δυοῖν ἔ σ ο ι θ' ἅμα, πατρός τ' ἐκείνης τ', ὠ ρ φ α ν ι σ μ έ ν ο ς βίου. Xen. Hell. VII 5,18 ἐνθυμούμενος, ὅτι ἐκεῖνοι πολιορκήσοιντο, . . αὐτὸς δὲ . . λ ε λ υ μ α- σ μ έ ν ο ς ἔ σ ο ι τ ο. Plat. Tim. 41 E: εἶπεν αὐταῖς, ὅτι γένεσις πρώτη ἔ σ ο ι τ ο τ ε τ α γ μ έ ν η μία πᾶσιν.

Respiciendum est antiquis temporibus optativum futuri tertii nisi ab iis scriptoribus, qui secundum S t a h l i u m, Synt. p. 332 s. in universum optativo futuri saepius quam ceteri utebantur, Sophocle, Xenophonte, Platone, adhibitum non esse.

---

[1]) **C u r t i u s, Verb. II² p. 344.**

2. De usu nominum verbalium.

Nomina verbalia futuri tertii veterum quidem temporibus satis raro usurpabantur.

a. De infinitivis.

Tamen infinitivi exempla iam apud Homerum exstant: Od. τ 581 = φ 79: τοῦ ποτε μεμνήσεσθαι ὀίομαι ἔν περ ὀνείρῳ. Il. ο 98: . . οὐδέ τί φημι πᾶσιν ὁμῶς θυμὸν κεχαρησέμεν.

Ex lyricis unus Pindarus infinitivum adhibuit Nem. I 68: καὶ γάρ, ὅταν θεοὶ . . μάχαν ἀντιάζωσιν, βελέων ὑπὸ ῥιπαῖσι κείνου φαιδίμαν γαίᾳ πεφύρσεσθαι κόμαν ἔνεπεν. Libri U et V praebent πεφυρήσεσθαι ex numero repudiandum. Bergkius σφε sive σφι φύρσεσθαι mavult, cuius mutationis non intellego iustam causam. Sententiae futurum III non oppugnat, quare cum Christio et Schroedero πεφύρσεσθαι ceteris codicibus confirmatum servandum existimo.

Tragici infinitivo futuri tertii usi non sunt, rarissime comici. In Aristoph. nub. 1276 ad Strepsiadis τὸν ἐγκέφαλον ὥσπερ σεσεῖσθαί μοι δοκεῖς respondet Amynias: σὺ δέ, νὴ τὸν Ἑρμῆν, προσκεκλῆσθαί μοι δοκεῖς. Ita codices optimi Venetus et Ravennas, προσκεκλῆσθαί μοι omissa voce δοκεῖς exhibent duo alii libri, vulgata est προσκεκλήσεσθαί γέ μοι. Si quidem futurum tertium tenendum est, sine dubio cum Brunckio legemus προσκεκλήσεσθαί γ' ἐμοί, quam lectionem etiam Suidas habet s. v. προσκεκλήσεσθαι. Quamquam God. Hermannus gravibus argumentis προσκεκλῆσθαί μοι δοκεῖς defendit[1]), tamen mihi quidem vulgata videtur probabilior. Facile intellegitur, quomodo haec lectio in Veneto et Ravennate mutata sit. Adscriptum enim videtur δοκεῖς aut librariorum diligentia, quod ex superiore versu hanc vocem adiungendam censerent, aut neglegentia, quod voce προσκεκλήσεσθαι scripta exitum ex priore versu adderent, praesertim cum infinitivi σεσεῖσθαι litterae finales eaedem sint atque infinitivi προσκεκλήσεσθαι; postea futurum tertium propter

[1]) Aristoph. nub. ed. Godofr. Hermann, Lips. 1830, p. 175.

numerum in προσκεκλῆσθαι videtur depravatum esse. Verba enim προσκεκλῆσθαί μοι δοκεῖς in vulgatam προσκεκλήσεσθαί γ' ἐμοί commutata esse veri puto dissimile. Quare, ut Bergkius, Kockius, van Leeuwenius, Hallius et Geldartius, vulgatam praefero. — Ex ceteris comicis unus Menander semel infinitivum futuri III praebet eumque circumscriptum Apist. fr. 64 t. III 21 K (IV 87 M): ᾤμην, εἰ τὸ χρυσίον λάβοι ὁ γέρων, θεράπαιναν εὐθὺς ἠγορασμένην ἅβραν ἔσεσθαι.

Apud Herodotum nullum exemplum exstat, apud Thucydidem duo: V 71 νομίζων τὸ κατὰ τοὺς Μαντινέας βεβαιότερον τετάξεσθαι et V 105, 1 τῆς.. εὐμενείας οὐδ' ἡμεῖς οἰόμεθα λελείψεσθαι. — Refutandam autem duco Cobeti (VL p. 117) coniecturam κεχειρώσεσθαι IV 28, 5, ubi libri exhibent: λογιζομένοις δυοῖν τοῦ ἑτέρου τεύξεσθαι ἢ Κλέωνος ἀπαλλαγήσεσθαι.. ἢ σφαλεῖσι γνώμης Λακεδαιμονίους σφίσι χειρώσασθαι. Non dubium quin aoristus iuxta futura τεύξεσθαι et ἀπαλλαγήσεσθαι servari non possit. Requiritur futurum, minime autem tertium. Cobetus ad mutationem suam eo maxime videtur adductus esse, quod propter σφίσι pronomen infinitivum sequentem passiva notione esse necessarium existimabat. Non raro autem Graeci ad vim medii augendam pronomen reflexivum adiungebant, ut Xen. An. V 6, 17 ἑαυτῷ περιποιήσασθαι; Plat. Phaedr. 234 B τὴν αὑτῶν ἀρετὴν ἐπιδείξονται, alibi; cf. Stahl, Synt. p. 66. Accedit quod κεχειρώσομαι futurum nusquam reperitur. Scribimus igitur: σφίσι χειρώσεσθαι. — Neque probandum, quod Krueger I 137 coniecit, ἀπομεμνήσεσθαι pro librorum ἀπομνήσεσθαι mediam formam non Atticam esse ratus. Et invenitur apud prosaicos Atticos iuxta perfecti futurum μεμνήσομαι solum futurum μνησθήσομαι; sed iusta lectio est μνήσει in Eur. I.A. 667 et usu tritum est hoc futurum in Homeri carminibus, ut Il. β 724; Od ι 647; ἐπιμνήσομαι apud Herodotum I 5; 51; 177 etc. Licet igitur suspicari μνήσομαι, praesertim cum Euripides hanc formam non repudiaverit, apud vetustiores prosaicos Atticos non plane inusitatum fuisse. Kruegeri coniecturae etiam id oppugnat, quod μεμνήσομαι constanter simplex exstat. Ex ἀπομνησθήσεσθαι vero, quod Hudius

scripsit, ἀπομνήσεσθαι corruptum esse non multum habet probabilitatis. Quare librorum lectionem servandam puto[1].

Xenophon quattuor exhibet infinitivos, duos simplices duosque circumscriptos: an. I 5,16: νομίζετε . . ἐμέ τε κατακεκόψεσθαι καὶ ὑμᾶς (cf. p. 29,1); I 7,5: ἂν δὲ εὖ γένηται, οὐ μεμνήσεσθαί σέ φασιν. Codices praebent μεμνῆσθαι. Perfecti autem infinitivus ex verbis *dicendi* et *putandi* pendens nisi, ubi de re ilico eventura agitur, pro futuro adhiberi non potuit; cf. Stahl l. l. p. 204 ss. Ergo coniciendum est μεμνήσεσθαι, quod omnes editores probant. Dissentiunt autem viri docti, utrum in VII 6,38, ubi libri eandem lectionem μεμνῆσθαι habent (ὡς εὐεργέτου μεμνῆσθαι ὑπισχνεῖσθε), perfectum an futurum tertium praeferendum sit. Ὑπισχνεῖσθαι enim non modo est *polliceri*, sed etiam *dicere*, *profiteri*, quare nonnunquam praesentis et perfecti infinitivi ab eo pendent. Utra autem significatio hoc loco praevaleat, difficile est dictu. Itaque μεμνῆσθαι, quae libris defenditur lectio, praefero. — Circumscripti Xenophontis infinitivi sunt hi: Hell. VII 3,11: ἐγώ φημι . . ἀποκτείναντας . . ὑμᾶς ἐμὲ τετιμωρηκότας ἔσεσθαι ἀνδρὶ τῷ πάντων ὑμῖν πολεμιωτάτῳ. VII 5,24: νομίζων τὸ ἱππικὸν ἐπεὶ διακόψειεν, ὅλον τὸ ἀντίπαλον νενικηκὼς ἔσεσθαι.

Plato simplicis futuri tertii infinitivos non usurpavit, nisi forte cum Bekkero ex Parisino 1811 κεκλήσεσθαι recipiendum est in Tim. 88 C, ubi ceteri codices omnes exhibent: τὰς τῆς ψυχῆς ἀνταποδοτέον κινήσεις, . . εἰ μέλλει . . καλὸς . . κεκλῆσθαι. Perfecti enim infinitivus post μέλλω vix unquam usurpatus est facileque E post Σ excidere potuit. Fortasse autem conferre licet, quod Stahlius, Synt. p. 196 scripsit: *Insbesondere steht der Infinitiv Praesentis* (cuius in significationem κέκλημαι perfectum transiit,) *dann* (cum μέλλειν coniunctus), *wenn etwas überhaupt als Bedingung eines notwendigen Ereignisses vorausgesetzt wird.* Sententia enim est: *Si quidem iure*

[1]) Ἀπομνήσεσθαι etiam Veitchius[4] p. 452 commendat.

quisquam vult pulcher vocari, necesse est . . . Accedit quod Attici scriptores futuri III infinitivum post μέλλω evitaverunt; unicum exemplum exstat Hippocr. VIII 28 L μέλλει εἰρήσεσθαι. Quare Burnetus servat κεκλῆσθαι; num recte, difficile est diiudicare. — Semel Plato circumscriptum infinitivum perfecti futuri habet rep. IV 437 A: ὁμολογήσαντες, ἐάν ποτε . . φανῇ ταῦτα, πάντα ἡμῖν . . λελυμένα ἔσεσθαι.

In scriptis Hippocraticis unus futuri tertii infinitivus exstat isque cum μέλλειν coniunctus in libro περὶ γυναικείων VIII 28 L: τὰ εἰρημένα ἢ ἅσσα μέλλει εἰρήσεσθαι.

In operibus oratorum, quos omnino perfecti futura saepius circumscripsisse infra videbimus, infinitivi quoque circumscripti simplicium numerum excedunt: In Lysiae or. XXV 33 Thalheimius cum Gebauero recepit πεπαύσεσθαι libris exhibentibus: καὶ δέξαιντ' ἂν μικρὰν εἶναι τὴν πόλιν μᾶλλον ἢ δι' ἄλλους μεγάλην καὶ ἐλευθέραν ἡγούμενοι νῦν μὲν διὰ τοὺς ἐκ Πειραιῶς κινδύνους αὐτοῖς ἐξεῖναι ποιεῖν ὅ τι ἂν βούλωνται, ἐὰν δ' ὕστερον ὑμῖν δι' ἑτέρους σωτηρία γένηται, τούτους μὲν ἐπιλύσασθαι, ἐκείνους δὲ μεῖζον δυνήσεσθαι. Corruptum esse ἐπιλύσασθαι nemo negaverit; neque ἐπιλύσεσθαι delicto medetur. Quae coniectata sunt ἐπιλήσεσθαι, ἐπιλησθήσεσθαι, ὑποδύσεσθαι, ἐκλυθήσεσθαι, aut ex significatione improbabilia sunt aut, quomodo in ἐπιλύσασθαι depravari potuerint, difficile est intellectu. Veri similior videtur Herwerdeni coniectura παύσεσθαι *es werde ein Ende mit ihnen nehmen*, vero etiam propius, quod Gebauer scripsit, πεπαύσεσθαι *es werde mit ihnen zu Ende sein*. Quamquam certissime Lysiam ita scripsisse vix quisquam audebit contendere. — Coniectura etiam circumscriptus infinitivus Lysiae redditus est. Libri enim praebent XII 100: Οἶμαι δ' αὐτοὺς ἡμῶν τε ἀκροᾶσθαι καὶ ὑμᾶς εἴσεσθαι τὴν ψῆφον φέροντας, ἡγουμένους, ὅσοι μὲν ἂν τούτων ἀποψηφίσησθε, αὐτῶν θάνατον καταψηφιεῖσθαι, ὅσοι δ' ἂν παρὰ τούτων δίκην λάβωσιν, ὑπὲρ αὐτῶν <τὰς> τιμωρίας πεποιημένους. Sententia valde laborat: forma πεποιημένους sine dubio postulat ἔσεσθαι. Quo inserto cum structura concinnitate careat, Thal-

heimius cum Kaysero pro καταψηφηφιεῖσθαι posuit κατεψηφισμένους ἔσεσθαι, quae emendatio mihi quidem paulo violentior neque necessaria videtur. — Isocrates semel simplicis futuri tertii infinitivum adhibuit XII 259: οὐκ ἔστιν ὅπως οὐ καὶ σοῦ . . μεμνήσεσθαι. Praeterea duos habet circumscriptos XV 125 ἡγούμενος . . τὴν μεγίστην πίστιν ἔσεσθαι δεδωκώς et XI 27 ἐνόμιζε . . τοὺς ἐμμένοντας . . . βεβαίως ἔσεσθαι τὴν αὑτῶν εὐσέβειαν ἐπιδεδειγμένους. — Ex Isaeo unum afferri potest exemplum XI 14: φαίνεται δὲ ὁ Ἀστύφαλος . . τὰ μέλλοντα ἅπαντα ἔσεσθαι προειδώς. — Apud Demosthenem semel simplex infinitivus invenitur XIX 74: ἔφη . . ταῦτα πεπράξεσθαι δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν; bis circumscripti: XXV 2 καὶ ἔγωγ' ὑπολαμβάνω . . μάτην ἐρραψῳδηκότας ἡμᾶς ἔσεσθαι et LII 24: τὸ ἀργύριον, ὃ ἔμελλε σωθεὶς ἀντικρὺς ἔσεσθαι δεδωκώς... Reliqui oratores exempla non praebent.

Apud Aristotelem denique, qui permulta adhibuit circumscripta futura tertia, ne unus quidem inifinitivus exstat.

Ex sequiorum libris futuri tertii infinitivos cognovi hos: Callim. in Apoll. 15 ἑστήξειν; Epicur. eth. 501 (p. 312_3 Usen). λελύσεσθαι[1]); [Apollod.] bibl. III 2,1 τεθνήξεσθαι; Orph. Lith. 452 (446) λελείψεσθαι; Dion. Hal. rhet. I 394_3 Usen. et Raderm. λελείψεσθαι; Onasand. strateg. XLII 19 τεθνήξεσθαι; Ioseph. ant. Iud. II 33; VII 152; VIII 14; 408; XIII 312; XVII 175; XVIII 125; bell. Iud. I 523 τεθνήξεσθαι; ant. Iud. XVII 163 καταλελείψεσθαι; Plut. Crass. 15 (552) πεπαύσεσθαι; de gen. Socr. 31 (597 B) πεπλήξεσθαι; Lucian. dial. mort. 6,4; 7,1; Char. 8 τεθνήξεσθαι; Dion. Cass. LI 13, 3 τεθνήξειν[2]); Diog. Laert.

---

[1]) Ex probabili Useneri coniectura pro λελύσθαι: οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ λέγουσιν αὐτοῖς κακῶν ἀπαύστων . . λυθεῖσαν ὑποψίαν ἀγαθὸν βεβαιότατον καὶ ἥδιστον ἀπολιπεῖν τὴν ἐπίνοιαν τοῦ λελύσθαι . . . Perfectum, quod neque de certissime neque de statim eventura re agitur, ineptum est.

[2]) Quod recte Dindorfius correxit ex τεθνήσειν male a librariis scripto; Dio Cassius, ut alibi constanter, sine dubio τεθνήξειν scripsit.

IX 7, 11 τεθνήξεσθαι; Aristid. XXXIII t. I 612_8 D ἑστήξειν; Aelian. hist. an. XI 34 τεθνήξεσθαι; Appian. bell. civ. II 153 τεθνήξεσθαι; I 8 διαπεπράσεσθαι; Artemid. IV 83 τεθνήξεσθαι; Philostr. Apoll. Tyan. p. 161_{28} Kays. πεπράξεσθαι (bis); p. 143_{30} (bis) et 170_{21} (bis) τετμήσεσθαι; Liban. II 144_{13} F ἑστήξειν; IV 74_2 F κεκλήσεσθαι; II 262_3 F κεκλείσεσθαι; ep. 923 λελείψεσθαι; V 460_5 F[1] et ep. 26 μεμνήσεσθαι; I 95_{14} F πεπράσεσθαι; IV 735_1 R πεπράξεσθαι; IV 443_{11} F τετάξεσθαι; Eunap. vit. soph. p. 24_{12} Boisson. πεπνίξεσθαι; Zonar. XIV 13 A τεθνήξεσθαι; Eustath. ad Il. σ 126 τεθνήξεσθαι; Ioann. Cinnam. VI 13 γεγράψεσθαι.

Circumscriptum infinitivum ex posterorum libris unum afferre possum: Philodem. rhet. I 268_{17} Sudh. ἔσεσθαι πεπεισμένον.

Complectamur breviter, quod ex hac expositione efficitur: Inter 286 fere veterum simplices perfecti futurorum formas 14 sunt infinitivi (1 : 20), atque si incertos excipimus, 10 (1 : 29), inter 240 circumscriptas 10 (1 : 24). A posteris infinitivus saepius videtur usurpatus esse. Etsi enim sequiorum libros paucis exceptis non ipse perlustravi, ut paucorum omnia futura tertia noverim, tamen quod nullo in libro aut indice a me adhibito haec futura ad unius alteriusve formae usum cognoscendum collata sunt, non valde erraverim, si infinitivorum usum ex summa omnium, quae novi, perfecti futurorum cum infinitivorum numero comparata demonstrem, unde intellegitur inter 590 fere futuri tertii formas 47 infinitivos exstare (1 : 12). Omnes fere futuri tertii infinitivi a verbis 'dicendi' et 'putandi' pendent. Rarissime μέλλω cum infinitivo perfecti futuri coniungebatur. Semel tamen in libro qui sub Hippocratis nomine fertur περὶ γυναικείων

Eandem depravationem comoediae Aristophanis subierunt; cf. p. 15 adnot. 1.

[1]) Ubi summa cum probabilitate Foerster cum Gasda et Cobeto e Laurentiano pro μεμνῆσθαι futurum tertium posuit; sequitur enim ἀξιώσειν.

VIII 28 L exstat: μέλλει εἰρήσεσθαι. Demosthenes circumscriptum infinitivum futuri tertii cum μέλλειν coniunxit LII 24: ἔμελλε ἔσεσθαι δεδωκώς. Ne posteri quidem huic coniunctioni videntur studuisse excepto Libanio; cognita enim habeo haec sola exempla: Appian. bell. civ. II 153 ἔμελλε τεθνήξεσθαι, Liban. I 95_{14} F ἔμελλε πεπράσεσθαι, IV 443_{11} F μέλλει τετάξεσθαι, ep. 26 ἔμελλες μεμνήσεσθαι, ep. 923 εἰ μέλλοι λελείψεσθαι.

Denique si quaeres, quorum perfecti futurorum usurpati sint infinitivi, rariorum cognosces infinitivos plane fere deesse. Inter 10 certos veterum scriptorum infinitivos inveniuntur μεμνήσεσθαι (4 ×), λελείψεσθαι, πεπράξεσθαι, εἰρήσεσθαι valde usitatorum perfecti futurorum, soli poetici illi κεχαρησέμεν et πεφύρσεσθαι infinitivi non tritorum sunt. Neque aliter res se habet apud posteriores, a quibus imprimis τεθνήξεσθαι sive -ξειν, ἑστήξειν, λελείψεσθαι adhibebantur; rariorum perfecti futurorum non exstant infinitivi nisi apud eos, qui quaesitarum vocum studiosi erant, scriptores, ut Philostratum (τετμήσεσθαι), Libanium (πεπράσεσθαι), Eunapium (ἀποπεπνίξεσθαι).

b. De participiis.

Multo rarius quam infinitivus, quod quidem ad veterum aetatem attinet, participium futuri tertii invenitur. In poësi enim non plus unum exstat et id Aristophaneum: Ach. 325 ὡς τεθνήξων ἴσθι νυνί. Ex prosaicis scriptoribus Thucydides semel participio usus est VII 25, 9 ἔπεμψαν πρέσβεις οἱ Συρακόσιοι... ἀξιώσοντας ξυμβοηθεῖν, ὡς.., ἣν .. φθάσωσι.., διαπεπολεμησόμενον[1]). Xenophon quoque unum exemplum praebet oec. VIII 21 χαλεπὸν εὑρεῖν τὸν μεμνησόμενον. Ter denique exstat participium in scriptis Hippocraticis περὶ ἀγμῶν II 90_9 K: τῶν εἰρημένων τρόπων ἢ τῶν εἰρησομένων; περὶ ἄρθρων II 197_1 K: μαρτύριον δὲ ἐνέσται καὶ ἐν τοῖσι ὀλίγῳ ὕστερον εἰρησομένοις; II 113_7 K: κράτιστος

---

[1]) Libri praeter B (Vaticanum) et H (Parisinum) διαπολεμησόμενον habent. At futurum III probabilius esse infra (cap. V) docebimus.

δὲ ὁ ὕστατος γεγραψόμενος. Reliquorum veteris Graecitatis scriptorum libri participiis futuri tertii vacant.

Apud sequiores autem participia multo usitatiora erant. Cognovi haec: Poet. incert. (Callimach. secundum Diltheyum) apud Suid. s. v. ἐπέσσειεν · τεθνήξοντος; Ioseph. ant. Iud. VII 266; XIX 124; bell. Iud. I 579 τεθνηξόμενος; ant. Iud. II 151; VI 195 -ον; bell. Iud. III 390 -ου; ant. Iud. IV 320 -ῳ; V 265 -ῃ; bell. Iud. V 126 -οι; 426; ant. Iud. V 350 -ους. Plut. Caes. 34,3; de Herod. malign. 31 (865 D) τεθνηξόμενος; 32 (866 A) -οι; (866 B) -ους; Apoll. Dysc. synt. p. 132_{10} Uhl. εἰρησομένην; Lucian. tyrann. 18 τεθνηξόμενον; de merc. cond. 31 -ῳ; philops. 25 -ων; Char. 1 μεμνησομένῳ; pro imag. 9 -ων; Tox. 35 δεδησόμενον; Aristid. L t. II 449_{16} K (XXV t. I 530_{14} D) πεπραξομένου; Galen. IV 801_9 K εἰρησόμενον; 744_{10}; VI 125_5 -ων; XV 18_9 -οις; M. Aurel. Ant. II 14 τεθνηξόμενος; III 10 -ων; III 19 μεμνησόμενοι; Polyaen. V 15, 15 τεθνηξόμενος; Dion. Cass. LXXVIII 32, 4 τεθνήξοντος; LVIII 6, 5 -οντα; Aelian. hist. an. II 46 τεθνηξόμενον; var. hist. XII 29 -οι; hist. an. XVI 36 εἰρησόμενον; Philostr. Ap. Tyan. p. 286_2 K τεθνηξομένῳ; p. 225_{25} διαβεβλησόμενον; p. 200_{27} πεπληξομένου; Diog. Laert. II 3, 9 τεθνηξόμενος; Heliod. Aeth. I 13 τεθνηξόμενον; VIII 14 -ους; Liban. II 302_{14} F ἑστήξουσα; III 463_2 F τεθνήξων[1]); V 136_{16} F; 140_9 F τεθνηξόμενος; 133_{17} F; 134_{15} F -ων; IV 54_{12} F πεπεισόμενον; II 404_{19} F πεπληξόμενον; 76_7 F τεταξόμενος; Synes. ep. 113 p 709_{22} Herch. τεθναξόμενοι[2]); Eustath. ad Od. υ 351 τεθνηξομένους; ad Od. υ 357 -οις; ad. Od. ρ 302 εἰρησομένη; ad. Il. α 458 -ους; Zonar. XI 20 A τεθνηξόμενον; Demetr. Cyd. ep. 18 ed. Boisson. Anecd. Nov. p. 292_3 ἑστήξων.

Sequitur ex hac expositione inter 286 fere veterum scriptorum futura tertia non plus 6 participia exstare (1 : 48), sed

---

[1]) De activa forma probanda cf. p. 21 adn. 1.

[2]) Quae forma Dorica incerta iudicatur a Fritzio, Die Briefe des Bischofs Synesius von Kyrene, Leipz. 1898 p. 96.

inter 590 fere, quae cognovi, posterorum 60 (1 : 10). Memoratu etiam dignum est ut infinitivos, ita participia et vetustiore et recentiore aetate non nisi frequentiorum perfecti futurorum formata esse (imprimis τεθνήξων sive τεθνηξόμενος, εἰρησόμενος, μεμνησόμενος), ex rarioribus autem futuris tertiis solos eos scriptores, qui vocibus quaesitis student, participia formavisse, ut Thucydidem (διαπεπολεμησόμενον), Philostratum (διαβεβλησόμενον), Libanium (πεπεισόμενον).

II. Quibus in enuntiatis inveniantur futura tertia.

Longe plurima futura tertia in primariis ut aiunt enuntiationibus exstant, perpauca quidem in sententiis secundariis ex verbis quibusdam pendentibus. Cuius rei causa et inde est repetenda, quod futurum tertium non, ut Romanorum futurum exactum, actionem futuro tempore simpliciter perfectam, sed statum significat (cf. p. 23 ss.), et inde, quod tertia singularis huius temporis persona non raro pro imperativo ad augendam imperandi vim adhibetur (cf. p. 30). Neque tamen plane desunt perfecti futura in secundariis enuntiationibus, ut mox demonstrabimus.

Quod ad primarias enuntiationes attinet, nolo omittere commemorare Homerum ut prima ita tertia futura interdum cum particula κε coniunxisse ut Il. α 139: ὁ δέ κεν κεχολώσεται; γ 138: Τῷ δέ κε νικήσαντι φίλη κεκλήσῃ ἄκοιτις. Ad hortandi potestatem amplificandam raro perfecti futura cum ὅπως iungebantur: Xen. conv. IV 20· ἄγε νῦν ὅπως μεμνήσει; Plat. Gorg. 495 D φέρε δὴ ὅπως μεμνησόμεθα; ex posteris in promptu mihi est Liban. IV 69_3 F ἄγε ὅπως μηδὲν λελείψῃ.

E secundis sententiis primo de iis agamus, quae non ex verbis pendentes suae sunt potestatis:

I. Vacant futuris tertiis temporales quae vocantur enuntiationes; novi unum inferioris aetatis exemplum: Liban. II 144_{12} F ἕως ὁ παρὼν ἑστήξει κόσμος.

II. Non mirum autem, quod in relativis et correlativis enuntiationibus futura tertia satis crebro sunt usurpata[1]):

1. a. Eur. Alc. 198 οὗ λελήσεται; I.T. 1464 οὗ καὶ τεθάψει; Tro. 13 ὅθεν . . κεκλήσεται; Arist. vesp. 151 ὅστις κεκλήσομαι; 654 οὐκ ἔστιν ὅπως οὐχὶ τεθνήξεις; Thuc. II 64,3 ἧς . . μνήμη καταλελείψεται; Xen. inst. Cyr. VI 2,17 ἃ . . ἑστήξει; VIII 6,6 οἵτινες μεμνήσονται; Lys. VI 42 ὧν μεμνήσεται; Hippocr. περὶ ἀρχ. ἰητρ. I 13_5 K περὶ ὧν εἰρήσεται; ἐπιδημιῶν τὸ πρῶτον I 181_{23} K; 185_{10} K; 201_{12} K; ἐπιδημιῶν τὸ τρίτον I 224_{20} K; 227_{25} K περὶ ὧν γεγράψεται; περὶ διαίτης ὀξέων I 134_3 K ὁκοῖα γεγράψεται; γυναικείων τὸ πρῶτον VIII 64 L ὁκόσα γεγράψεται; Diog. Apoll. fr. 4 Diels ὡς δεδηλώσεται.

b. Il. θ 286 et ι 310 ὡς τετελεσμένον ἔσται; Od. τ 547 ὅ τοι τετελεσμένον ἔσται; Arist. av. 655 ὃ διατραγόντ' ἔσεσθον ἐπτερωμένω; Philem. fr. inc. 99,3 t. II 509 K (41 t. IV 49 M) ὧν ἐσόμεθ' ἐστερημένοι; Andoc. I 72 ὅπου . . ἀπολελογημένος ἔσομαι; 129 αἷς συνῳκηκὼς ἔσται; Demosth. XX 166 ὧν τοῖς βελτίοσι πειθόμενοι ἔσεσθ' ἐψηφισμένοι; Polyeuct. fr. I p. 274 Baiter et Sauppe ἐν ᾧ . . ἔσονται ἐγγεγραμμέναι; Aristot. de cael. I 275 a_{12} πρὸς ὃ . . πεπερασμένον ἔσται.

2. a. Theocr. XVI 73; inscript. Rosett. CIG 4697 (196ª); Strab. IV 177 Kr.; Plut. Art. 13 (1017); Thes. 29 (13); Apollon. Dysc. synt. p. 35_{12}; 68_1; 154_{12}; 285_5; 451_4 Uhl.; Lucian. Luc. sive asin. 33; Galen. I 355_1 K; 360_1; 667_5; III 681_{16}; IV 801_8; VI 69_6; 185_{10}; 227_{16}; Aret. de cur. ac. morb. II 6; M. Aur. Ant. X 36; Artemid. onir. II 29; Long. past. IV 29; Cass. Dion. LXXIV 9, 3; Alciphr. III 13, 3; Philostr. Apoll. Tyan. p. 185_{14} K; p. 193_{14} K; im. I 28 p. 335_{32} K; Aristid. XXXIII t. II 228_{14} K (LI t. II 572_{10} D); L t. II 441_{26} K (XXVI t. I 521_6 D); Liban. I 519_{10} F; Herm.

---

[1]) Sub 1 colligentur veterum, sub 2 posterorum exempla, sub a simplicia, sub b circumscripta.

Trism. in Stobae. ecl. I 41; Ioann. Doxap. schol. in Hermog. id. VI 290_{24} Walz; Anon. schol. in Hermog. stat. VII 505_3; 557_{22} Walz; Eustath. ad. Il. α 37; 98; ad β 96; 110; 536; 540; 596; ad Od. δ 117; ad Dion. Perieg. 110; 476; 916; Zonar. XIII 11.

b. Lycophr. Al. 411; inscript. Rosett. CIG 4697 (196ᵃ); Philodem. rhet. I p. 8 Sudh.; Liban. IV 110_5 F.

III. Inveniuntur futura tertia etiam in consecutivis enuntiationibus:

1. a. Soph. O.R. 411 ὥστ᾽.. γεγράψομαι; Xen. an. II 4, 5 ὥστε λελείψομαι; Plat. Prot. 338 B ὥστε ᾑρήσεται.

b. Xen. Hell. V 2, 27 ὥστε κατεστραμμένος ἔσει; Plat. Crat. 431 D ὥστε εἰργασμένα ἔσται; Demosth. XXVII 67 ὥστ᾽.. ἔσομαι ἀπεστερημένος καὶ προσητιμωμένος; Aristot. anal. pr. II 58 a_9 ὥστε ἔσονται δεδειγμέναι; top. VIII 161 a_{32} ὥστ᾽ ἔσται πεπεισμένος ἢ ὠφελημένος; phys. I 192 a_{33} ὥστε ἐφθαρμένη ἔσται; III 204 b_{21} ὥστε ἔσται διεστηκός; VI 236 a_{19} et 237 a_{15} ὥστε ἔσται μεταβεβληκός; 237 a_2 ὥστε κεκινημένον ἔσται; mech. 855 b_{12} ὥστε.. ἔσται.. διεληλυθυῖα; 855 b_{15} ὥστε ἔσται ἐξειλιγμένος; metaph. II 1002 b_{16} ὥστ᾽ ἔσονται ἀφωρισμένοι; IV 1025 a_{24} ὥστ᾽.. συμβεβηκὸς ἔσται; eth. Nicom. 1142 b_{19} ὥστε ὀρθῶς ἔσται βεβουλευμένος, κακὸν δὲ μέγα εἰληφώς; 1144 b_{35} ὥστε.. εἰληφὼς ἔσται.

2. a. Galen. III 419_3 K; Aristid. XIII t. I 281_{21} D; Babr. myth. XXVII 6ᵃ; Pempel. in Stobae. flor. 79, 52.

b. Epicur. sentent. XXIV; Lucian. im. 14; 15.

IV. Nisi poetae nemo veterum scriptorum perfecti futuris usus est in causalibus sententiis:

1. a. Il. μ 345 et 358 ἐπεὶ.. τετεύξεται; Soph. OR 365 ὡς μάτην εἰρήσεται; OC 861 ὡς.. πεπράξεται; Eur. Hipp. 1461 ὡς.. μεμνήσομαι; Arist. Lys. 1071 ὡς.. κεκλήσεται; vesp. 179 ὅτι πεπράσει; Menand. fr. inc. 694 t. III 200 K (167 t. IV 271 M) ἐπεὶ κεκλήσει.

b. ?[1]).

[1]) ? significat, num exempla exstent, me nescire.

2. a. Maxim. de ausp. 117; Artemid. onir. I 79; III 13; Dosith. interpret. bell. Tro. 19; Liban. IV 290_{11} F; Nonn. Dion. XII 241; XIII 23; Ioann. Doxap. schol. in Hermog. id. VI 212_{25} Walz.

b. Liban. VI 376_2 F; Or. Sib. I 286.

V. Non frequentius occurrunt perfecti futura in hypotheticis enuntiationibus:

1. a. Soph. OR 522 εἰ.. κεκλήσομαι; Thuc. III 37, 3 εἰ.. καθεστήξει; Lys. XXXI 24 εἰ.. τετιμήσεται.

b. Xen. Hipp. VI 1 εἰ μὴ.. παρεσκευασμένοι ἔσονται; Plat. Crat. 408 E εἴπερ σοι κεχαρισμένον ἔσται; Tim. 31 A εἴπερ δεδημιουργημένος ἔσται; Demosth. I 14 εἰ.. ἐγνωκὼς ἔσται; Aristot. phys. VIII 262 b_{19} εἰ.. ἔσται γεγονός; περὶ πορείας ζῴων 709 a_{18} εἰ..ἔσται προβεβηκός; metaph. VI 1031 b_3 εἰ.. ἀπολελυμέναι [ἔσονται]; XII 1076 b_{12} εἰ.. ἔσται κεχωρισμένα; politic. V 1310 a_{16} εἰ μὴ ἔσονται εἰθισμένοι καὶ πεπαιδευμένοι.

2. a. Onas. XXXIII 3; Ioseph. ant. Iud. II 148; Lucian. Peregrin. 25; dial. mort. 6,5; pisc. 10; Aristid. XXXV t. I 673_3 D; Aristid. Quint. de mus. III 9; Liban. III 23_7 F; IV 631_9 R; 633_{12} R; Synes. ep. 154 p. 737_{11} Herch.; Ioann. Dox. schol. in Hermog. id. VI 473_{12} Walz; Anon. schol. in Hermog. stat. VII 332_{29} Walz.

b. ?

VI. Multo rarius Graeci futura tertia in finalibus sententiis (non pendentibus) adhibuerunt[1]; exstant haec exempla:

1. a. Il. υ 301 et Od. ω 544 μή πως . . κεχολώσεται; Hippocr. γυναικείων A VIII 46 L et 92 L ὅπως . . πεποιήσεται.

b. Plat. leg. VI 770 D ὅπως . .. τεταμένη ἔσται.

2. a. Liban. IV 798_9 R ἵνα . . ἐκκεκόψεται (iuxta ἵνα ἔχῃ)[2]).

b. ?

---

[1]) Cf. Stahl, Synt. p. 481 s, Kuehner-Gerth II 2^3 p 384.

[2]) Cf. Aesch. Choeph. 265 σιγᾶθ᾽, ὅπως μὴ πεύσεταί τις, γλώσσης χάριν δὲ πάντ᾽ ἀπαγγείλῃ τάδε.

Sequuntur ea futura, quae exstant in enuntiatis ex verbis quibusdam pendentibus:

I. ex verbis dicendi.

1\. a. Herod. VI 9 ἐπαγγείλασθε, ὡς . . ἐμπεπρήσεται; Thuc. III 102,4 λέγοντες, ὅτι . . καθεστήξει; Xen. an. VII 1,36 ἐκήρυξεν, ὅτι . . πεπράσεται; Plat. rep. II 361 E ἐροῦσι δέ, ὅτι . . δεδήσεται; epist. II 311 B ἐνδείξασθαι, ὅτι . . σεσιγήσονται.

b. Plat. Tim. 41 E εἶπεν, ὅτι . . ἔσοιτο τεταγμένη; Demosth. LVIII 31 λέγων, ὡς . . ἀπολωλεκὼς ἔσται; LIX 86 διδάσκων, ὡς . . ἐκβεβλημένη ἔσται; Aristot. qui fertur de Meliss., Gorg., Xenophan. 978 a $_{14}$ λέγεσθαι, ὅτι ἔσται πεπονθός.

2\. a. N.T. Ev. Luc. XIX 40; Ioseph. ant. Iud. VIII 43; IX 90; 101; Plut. Galb. 23,4; Aelian. var. hist. VII 18; M. Aur. Ant. IV 47; Philostr. Min. im. p. 391_{25} Kays.; Aristid. XXV t. II 83_{19} K (XLIII t. I 813_{11} D); XXX t. II 206_6 K (X t. I 119_8 D); Liban. II 421_2 F; III 65_4 F; Sopat. schol. in Hermog. art. V 89_{15} Walz; schol. ad Eur. Hec. 1270.

b. ?

II. ex verbis putandi.

Rarissime his ex verbis secundariae sententiae pendent. Nam quod opinionem rei fictae, non certo factae vel certo futurae efficiunt, nunquam cum ὅτι coniunguntur, plerumque cum infinitivo, rarissime cum ὡς[1]). Quare perpauca exstant exempla.

1\. a. Arist. Ach. 590 οἴμ' ὡς τεθνήξεις.

b. Xen. Hell. IV 8,28 ἐλπίδας ὑποθείς, ὡς . . διαπεπραγμένοι ἔσονται.

2\. a. Liban. II 287_9 F ἦν ἐλπίς, ὡς . . ἀποτετμήσονται.

b. ?

III. ex verbis sentiendi.

1\. a. Soph. Ai. 1141 ἀντακούσει . ., ὡς τεθάψεται; Xen. inst. Cyr. I 6,9 οἶσθα, ὅτι . . καταλελύσεται; Plat. Lach. 192 E εἰδώς, ὅτι . . ἐκτήσεται.

---

[1]) Cf. Stahl, Synt. p. 549.

b. Xen. Hell. VII 5,18 ἐνθυμούμενος, ὅτι . . λελυμασμένος ἔσοιτο; Plat. leg. VI 752 B λάβωμεν . . . ὡς ἔσται κατῳκισμένη; Lys. V 4 ἴσασι . ., ὅτι ἔσονται ἀπηλλαγμένοι.

2. a. Dion. Hal. ant. Rom. VIII 1,13; Ioseph. ant. Iud. IX 26; Aelian. hist. an. V 29; Tatian. ad Gr. 20; M. Aurel. Ant. IV 6; XI 16; Lucian. Iup. conf. 12; Liban. IV 495_{30} R.

b. Ps.-Liban. μελέτη in Boisson. Anecd. I 166_{15}.

IV. ex verbis affectuum.

Unum cognovi exemplum: Soph. Tr. 941 κλαίων ὀδυνεχ' . . ἔσοιθ' . . ὠρφανισμένος.

V. ex verbis voluntativis.

1. a. Plat. rep. VIII 564 C εὐλαβεῖσθαι, ὅπως . . ἐκτετμήσεσθον.

b. Xen. inst. Cyr. IV 2,34 μελήσει, ὅπως παρεσκευασμένα ἔσται; oec. IV 14 ὅπως . . κατεστραμμένοι ἔσονται, ἐπιμελεῖσθαι; X 5 ἐπιμελόμενος, ὅπως ἐρρωμένον ἔσται; Hippocr. περὶ ἀγμῶν II 110_4 K περιφεύγειν, ὅκως μὴ ἠθροισμένον ἔσται; Isocr. X 43 παρασκευάσας, ὅπως . . ἔσονται γεγονότες.

2. a. Liban. IV 217_{11} F; Procop. bell. Pers. II 8 p. 189_7 Haury.

b. ?

VI. In sententiis interrogativis ex verbis pendentibus haec futura tertia exstant:

1. a. Plat. conv. 220 D ἐφύλαττον αὐτόν, εἰ . . ἑστήξοι.

b. Demosth. III 6 θεάσασθε, ὃν τρόπον . . ἐστρατηγηκότες ἔσεσθε; XXI 50 σκοπεῖσθ' ἥντινα δίκην . . ἔσται δεδωκώς; Aristot. de animal. IV 769 a_{22} ἀποδεῖξαι, τίνα τρόπον . . ἐοικὸς ἔσται.

2. a. Plut. Brut. XXIX 4; Aelian. fr. 103; Lucian. dial. mort. 6,2; pisc. 45; Philostr. gymn. p. 151_5 Iüthn. (273_{18} K); Anon. schol. in Hermog. stat. VII 509_6 Walz.

b. Tel. p. 51_3 Hense[2]; Liban. IV 113_3 F.

VII. In relativis orationis obliquae sententiis ex veteribus solus Plato futurum III adhibuit Tim. 42 A ὃ . . κεκλήσοιτο; recentioris aetatis afferre possum: Cass. Dion. LVIII 27.

VIII. 1. Post δῆλον ὅτι (ὡς) non inveni futura tertia ante Aristotelem, qui identidem hac coniunctione usus est, ut phys. V 225 b_{28} δῆλον ὅτι μεταβεβληκὸς ἔσται; similiter metaph. X 1068 a_{28}; top. II 114 b_1; VI 145 a_2; 151 b_{16}; cael. I 273 b_{27}.

2. Sequiorum exempla sunt: Philostr. dial. p. 259_{17} K; Liban. V. 258_8 F; 268_7 F.

Complectentes igitur statuimus: Inter 266 veterum simplices perfecti futurorum formas 48 exstant in secundariis enuntiationibus (1 : 5,5), inter 483 sequiorum 114 (1 : 4,2). In sententiis secundariis ex verbis pendentibus veteres simplicia futura tertia 12 adhibuerunt (1 : 22), posteri 37 (1 : 13). Inter 230 circumscripta futura tertia veterum exstant in secundariis enuntiationibus 63 (1 : 3,6), in sententiis pendentibus 23 (1 : 10). Inferioris Graecitatis perfecti futurorum circumscriptione formatorum, quae novi, numerus minor est quam ut iure eum cum veterum numero conferamus.

III. Quorum verborum futura tertia usurpata sint.

Non omnia verba pariter apta fuerunt ad futura tertia formanda. Littera finali stirpium perfectorum, ex quibus haec futura enata sunt, efficiebatur, ut alia simplicia formarentur, alia circumscriberentur. Itaque ad usum melius cognoscendum digeremus perfecti futura ex stirpibus dividentes in duas classes, priorem eorum, quorum in vocales, posteriorem, quorum in consonantes exeunt stirpes:

1. Stirps cadit in vocalem:

α: πεπράσομαι, *πεπάσομαι[1]), *πεφωράσομαι; in πεφήσομαι stirpis πεφα- brevis vocalis α in η productum est; cf. p. 15 s.
ε: δεδήσομαι, cuius stirpis ε item productum est; cf. p. 15.

[1]) Futura tertia asterisco insignita non exstant ante aetatem Alexandrinam.

η: ᾑρήσομαι, βεβλήσομαι, γεγενήσομαι, δεδμήσομαι, *δεδομήσομαι, *δεδυνήσομαι, εἰρήσομαι, κεκλήσομαι, *κεκορήσομαι, κεκοσμήσομαι, κεκτήσομαι (et ἐκτήσομαι), μεμνήσομαι, *πεπλήσομαι, πεποιήσομαι, πεπολεμήσομαι, πεπρήσομαι, πεπωλήσομαι, σεσιγήσομαι, ἐστερήσομαι, τετμήσομαι, τετιμήσομαι, τετιμωρήσομαι, *πεφιλήσομαι, κεχαρήσω, κεχαρήσομαι, *κεχρήσομαι.

ι: } His vocalibus stirpes carent.
ο: }

υ: λελύσομαι, cuius υ longum ex stirpis brevi υ productum est; *τετανύσσομαι (vide p. 16).

ω: ἠτιμώσομαι, βεβρώσομαι, δεδηλώσομαι, *πεπληρώσομαι, *τετρώσομαι, κεχολώσομαι.

Complurium perfecti futurorum stirpes in diphtongum cadunt:

αυ: κεκλαύσομαι, πεπαύσομαι.

ει: κεκλείσομαι.

ευ: κεκινδυνεύσομαι.

2. Stirps cadit in consonantem:

a. inlabialem: βεβλάψομαι, γεγράψομαι, τεθάψομαι, κεκαλύψομαι, κεκόψομαι, κεκρύψομαι, λελείψομαι, *λελήψομαι, *ἐρρίψομαι, ἐσκέψομαι, *τετράψομαι, τετρίψομαι.

b. in gutturalem: ἀπηλλάξομαι, δεδείξομαι, δεδέξομαι, εἴξω, τεθίξομαι, τεθνήξω, *τεθνήξομαι, ἑστήξω, ἑστήξομαι, κεκλάγξομαι, κεκράξομαι, λελέξομαι, μεμείξομαι, ἀνεῴξομαι, πεπλήξομαι, *πεπνίξομαι, πεπράξομαι, τετάξομαι, τετεύξομαι.

c. in dentalem: *δεδικάσομαι, λελήσομαι, *πεπείσομαι, *ἐψεύσομαι.

d. in liquidam: Unum invenitur exemplum: πεφύρσομαι.

Formaverunt igitur Graeci futura ex perfectorum stirpibus et in vocales et in consonantes cadentibus. Sed illas vocales longas esse necesse erat, ut stirpium δεδε-, πεφᾰ-, λελῠ- breves vocales in futuris tertiis vidimus productas esse, aut sequens σ duplicatum, ut in τετανύσσομαι. Quod nullum perfecti futurum ι vocalem habet, pro raritate stirpium in hanc litteram cadentium minime miraberis neque eadem de causa, quod υ vocalem non plus duo habent: λελύσομαι et τετανύσσομαι. Ut

longe plurimae perfectorum stirpium in vocales exeuntium in η cadunt, ita permulta sunt futura tertia his ex stirpibus derivata. Numerus stirpium earum, quae consonantem in exitu habent, aequat paene numerum earum, quae in vocalem cadunt. Sed labiales et gutturales solae crebrius inveniuntur, dentales in quattuor futuris tertiis, e quibus non plus unum iam veteres usurpaverunt; in liquidam exit stirps unius Pindarici πεφύρσεσθαι. Ergo, quae in dentales et liquidas exeunt perfectorum stirpes, ad futura tertia efficienda plane fere aptae non fuerunt. Quare scriptores non raro circumscriptas formas ex iis finxerunt, ita ut in veterum libris, in quibus multo plura simplicia perfecti futura exstant quam circumscriptione formata, sedecim futura tertia circumscripta inveniantur ex stirpibus in dentalem cadentibus formata, trium stirpes in liquidam exeant. (Quo in numero activa futura tertia omissa sunt).

IV. Quando quotiensque singula perfecti futura in usu fuerint.

Neque qua aetate et quam frequenter singula futura tertia usurpata sint, demonstrare parvi mihi visum est momenti. Paucorum enim verborum futura tertia per totam Graecitatem revera fuerunt usitata.

Homerus aliique multi cuiuslibet generis poetae veteres, persaepe tragici, κεκλήσομαι adhibuerunt (31)[1]; mirum autem, quod hoc futurum omnino fere deest in veterum prosaicorum libris, cum unus Plato semel exhibeat κεκλήσοιτο. Nec multo crebrius posteri solutae orationis scriptores κεκλήσομαι videntur adhibuisse: cognovi enim ex raris inferioris aetatis scriptis poeticis satis multa exempla (7), ex permultis prosaicis libris paucissima (6)[2]. Secundum locum ex numero

[1]) Numero uncis incluso, quotiens futura tertia exstent, indicatur; ubi apud singulos scriptores, ex indice intelleges.

[2]) Sed primum quoque futurum κληθήσομαι, quod tragicis et comicis plane ignotum erat, veterum quidem temporibus in prosa raro usurpatum est; occurrebant mihi duo exempla: Xen. conv. I 15 et Plat. leg. III 681 D. Καλοῦμαι passivo sensu adhibuit Soph. El. 971.

exemplorum apud poetas antiquos εἰρήσομαι tenet (13), quod iam ab Homero usurpatum imprimis, ut κεκλήσομαι, tragicis usitatum erat; in prosaicis libris longe frequentissimum est (50); praeter ceteros Hippocrates et oratores ad id propensi fuerunt. Ex Hellenistica autem aetate, qua futura tertia omnino rara sunt, nullum exemplum habeo in promptu; iam Aristoteles uno tantum loco εἰρήσεται adhibuit. Sed apud Atticistas aliosque Romani et Byzantini aevi scriptores, praecipue prosaicos, ut Aelianum, Galenum, Philostratum, Aristidem, Libanium, Eustathium, pervulgatum erat εἰρήσομαι (142 exempla in indice afferam). Raro aliae huius futuri formae ac tertia persona singularis reperiuntur; antiqui libri ceteris personis omnino vacant, infinitivus et participium nisi in scriptis Hippocraticis non inveniuntur, εἰρήσεσθαι in libro περὶ γυναικείων, εἰρησόμενος in libris περὶ ἀγμῶν et περὶ ἄρθρων, participium etiam apud nonnullos sequiores[1]). Praeter haec duo transierunt pauca futura

Collegi etiam prima et secunda futura veteris Graecitatis permulta, ut, iuxta quae perfecti futura et apud quos scriptores prima et secunda usurpata sint, sub uno conspectu ponatur.

[1]) Iuxta εἰρήσεται frequentissimum a primordiis orationis solutae excepto Herodoto ne primum quidem futurum ῥηθήσομαι, quod poetae nondum adhibuerunt, raro invenitur. Sed ut futuri tertii infinitivus et participium rarissima sunt, ita usus infinitivi ῥηθήσεσθαι et participii ῥηθησόμενος indicativi usum longe superat; saepius unus Aristoteles, qui simplicia futura tertia plane fere repudiavit, scripsit ῥηθήσεται. Veterum exempla futuri ῥηθήσομαι mihi nota sunt haec:

ῥηθήσεται: Thuc. I 73,3; Xen. Hell. VI 3,7; Plat. rep. V 473 E; leg. XII 957 B; epin. 977 D; politic. 259 B et 301 B προσ-; rep. V 479 B προσ-; Aeschin. III 147 ἀναρ-; Aen. tact. X 8; Aristot. categ. 1 b_{12}; 3 b_{5}; 7 a_{34}; $_{39}$; b_{8}; $_{6}$; 11 a_{10}; $_{13}$; anal. pr. I 24 b_{14}; top. I 104 a_{33}; 106 b_{15}; $_{25}$; $_{30}$; $_{35}$; $_{37}$ aliisque viginti minimum locis.

ῥηθήσονται: Hyperid. epitaph. 2 (I 32); Aen. tact. XI 2.

ῥηθήσεσθαι: Plat. Phaed. 88 C; Criti. 107 A; 108 A; conv. 189 B; politic. 295 B; leg. VI 768 E; VII 809 E; IX 880 E; epist. VIII 353 C; Lys. XXII 14 ἀπορ-; Isocr. IV 13; VIII 73; XII 6; 24; 56; 258; XV 55; 240; epist. I 10; Demosth. XXV 1; LXI 34; Aeschin. III 8; Hyperid. epitaph. 1 (I 2); Din. II 17; Aristot. rhet. ad Alex. 1443 a_{40}.

ῥηθησόμενος: Thuc. VIII 66,1; Plat. Criti. 107 A; Phaedr. 259 E; leg. IV 723 C; epist. VIII 353 E; Phil. 19 D προσ-; Isocr.

tertia, quae iam in Homeri carminibus exstant, in ceterorum poetarum et prosaicorum usum, ut μεμνήσομαι, λελείψομαι. Illud sexies in poeticis libris (Homer., Eurip., Aristoph.) exstans saepius in prosa invenitur (14); neque posteros hoc futurum fugisse inde, quod 30 recentioris aetatis exempla proferre potui, satis apparet[1]). Hoc ter in poësi (Hom., Eurip.), quinquies in prosaicorum, praecipue historicorum, libris repperimus; sequiorum afferemus 20 exempla[2]). Ἑστήξω, quod in Homeri epigrammatis legitur atque etiam ab Euripide, Aristophane, Hegesippo, saepius a prosaicis (9) usurpatum est, in vetere prosa post μεμνήσομαι frequentissimum est perfecti futurum; a Xenophonte, Aristotele, Hegesippo medii terminatione instructum est, ut non raro apud posteros, etsi activi formae usus praevalere videtur, qua de re iam supra egimus p. 18 ss. Multa priscae aetatis futura tertia nisi in sermone epico veterum quidem temporibus nusquam usurpata sunt, ut futura ab Homero identidem adhibita κεχολώσομαι (7), quod imitatus est poeta in Oraculis Sibyllinis[3]), τετεύξομαι

V 1; 14; 15; 140; VIII 63; Demosth. XIII 18; XXII 4; XXIV 104; 194; XXVII 53; XLIV 45; 51; XLV 46; XLVII 3; LVIII 25; prooem. X 1; Aeschin. I 93; Din. I 54; Aristot. top. I 101 a_{20}; 102 a_{26}; III 116 a_{21}; VII 154 a_{24}; de part. anim. I 639 b_{6}; eth. Eudem. I 1216 b_{29}; politic. II 1266 a_{24}; art. rhet. 1368 b_{26}.

[1]) Frequentius est, imprimis apud oratores, μνησθήσομαι a futuro tertio significatione non multo diversum: Eur. Med. 933; Herod. VI 19; Thuc. (I 137 iniuria coniectatum pro librorum ἀπομνήσεσθαι, cf. p. 36); III 90; Xen. Hell. II 3,35; VI 4,5 ἀνα-; Plat. Menex. 241 A; Axioch. 367 D; rep. V 471 C; 499 D; Phaed. 73 C ἀνα-; Euthyd. 287 B ἀνα-; Lys. III 45; XXVI 1 ἀνα-; Isocr. VIII 81; XII 74; 127; 128; XV 259; XVIII 58; epist. IX 12; Demosth. XV 22; XVIII 11; XIX 283 ἀνα-; 276 ἐπι-; Aeschin. I 106; 158; 170; 182; 193; II 77; III 84; II 31 ἐπι-; Hyperid. epit. 18 (VII 32). Aristot. mem. 452 a_{18}; $_{23}$. Μνήσομαι simplex rarum est: Il. β 724; Od. η 192; Eur. I.A. 667; saepius compositum, ut Herod. I 5 et 51 ἐπι-; Thuc. I 137 ἀπό- (cf. p. 36); Din. I 37 ἀνα-; Paus. V 25 ἐπι-.

[2]) Λειφθήσομαι inveni: Soph. Phil 1071; Arist. nub. 425 περι-; Isocr. XV 7 et XVII 1 κατα-; Demosth. XLIV 8 ἀπο-; Aeschin. III 149 ἀπο-; Polyb. XII 19,3 ἀπο-; XXIX 21,4; λείψομαι passive exstat Xen. an. V 6,5 κατα-.

[3]) Χολώσομαι, quod legimus Eur. Tro. 735, Homerus non adhibuit.

(4)[1]), πεφήσομαι *necatus ero* (3), quod in unum Lycophronis locum transmigravit, et quae iam in libris Homericis raro inveniuntur βεβρώσομαι[2]), πεφήσομαι *dictus ero*, κεχαρήσω, κεχαρήσομαι[3]), quod a Maximo astrologo et a Quinto Smyrn. fictum videmus, δεδέξομαι, quod in Oraculis Sibyllinis, in Anthologiae Palatinae epigrammatis saepissimeque apud Nonnum legimus[4]). Futuri δεδμήσομαι in hymnis Homericis unicum videtur exemplum[5]). Hesiodi μεμείξομαι, quod Anacreon quoque et Aeschylus exhibent, in prosa non invenies nisi uno loco Hippocratico (περὶ νούσων Δ), quod ne posteri quidem videntur formavisse[6]). Πεφύρσομαι unum est Pindaricum[7]). Quod primus Empedocles adhibuit ἐκτήσομαι, etiam in tragicorum et comicorum consuetudine erat (8), neque respuerunt prosaici (4); occurrit autem plerumque reduplicatum κεκτήσομαι[8]). Recentiore aetate hoc futurum vix valde floruit; cognovi singulos Tatiani, Philostrati, Libanii locos.

Tragicorum in usu erant τεθάψομαι (3), quod a ceterorum veterum scriptorum usu alienum Lucianus demum imitatione resuscitavit[9]); βεβλήσομαι (2) ab oratoribus quoque adhibitum neque insolitum apud posteros, imprimis Philostratum[10]); πεπαύσομαι (2), quod in scriptis Hippocraticis legitur, coniectura etiam in Lysiae contextu probabilitate

---

[1]) Τεύξομαι passivo sensu est Il. ε 653.

[2]) Βρωθήσομαι non Atticum exstat Lycophr. Al. 1421, alibi.

[3]) Χαιρήσω inde ab Homero in usu erat, χαρήσομαι serius, ut Or. Sib. IV 20, alibi.

[4]) Ne δέξομαι quidem deest: Il. ο 331, Aesch. Prom. 860.

[5]) Aliud verbi δαμᾶν futurum passivi non exstat, nisi quis δαμάσσεται Il. φ 326 coniunctivum aoristi agnoscere non vult.

[6]) Μίξομαι passive legitur Od. ζ 136; ω 314; μιγήσομαι Il. κ 365; μιχθήσομαι Aeschin. I 166 ἀνα-.

[7]) Aliud verbi φύρειν passivi futurum non invenitur; a scholiasta Pindari συμφυρήσεσθαι ex συμφυρᾶν formatum est.

[8]) Κτήσομαι exstat Aesch. Eum. 289; Isocr. V 68; alibi.

[9]) Ταφήσομαι quoque rarum est: Dem. LX 30.

[10]) Multo saepius βληθήσομαι invenitur: Eur. Hec. 863; Heracl. 422; Xen. Hell. VII 5, 18; Plat. leg. IX 874 B; Lys. XXVI 15 etc.

magna videtur positum; cf. p. 38[1]) — Romanorum aetate, imprimis apud Atticistas, pervulgatum erat πεπαύσομαι dicere pro παύσομαι —; πεπράξομαι (2), quod ter in Aristophanis comoediis exstans duobus prosaicorum locis reperitur multisque posteris scriptoribus Atticorum elegantiae studiosis in deliciis erat[2]). Τεθνήξω primus Aeschylus (1) praebet, quater Aristophanes, tribus locis ex codicibus medii terminatione ornatum, at vix recte; cf. p. 21. E prosaicis solus Plato hoc futuro usus est; nam τεθνήξομαι, quod in Lysiae apologia Socratis exstat, corruptum puto; cf. p. 22. Vulgare erat τεθνήξομαι (rarius τεθνήξω) posteris temporibus; apud Iosephum imprimis, Plutarchum et, qui puro Atticismo studebant, Lucianum, Libanium fuit usitatissimum. Ante Aristotelem non plus septem exempla futuri ex τέθνηκα formati reperiuntur, ex sequiorum autem libris, etsi partem modo perfecti futurorum huius aetatis novi, 159 formas collegi. Γεγράψομαι a Sophocle et Aristophane singulis locis usurpatum saepissime in scriptis Hippocraticis exstat (19); ex ceteris prioris Graecitatis scriptoribus Plato semel id exhibet, inferioris aetatis auctores permulti, praecipue Atticistae[3]). Δεδήσομαι in poësi uno loco Euripideo invenitur, solutae orationis opera duo praebent exempla; maiore gratia floruit hoc futurum apud Attici sermonis imitatores[4]). Euripidis λελήσεται[5]) demum a Philostrato usurpatum est. Πεπλήξομαι,

---

[1]) Frequentior erat usus primi futuri παύσομαι: Il. γ 112; Od. ζ 174; Soph. O.C. 1040; Phil. 1424; Eur. Med. 93; Arist. Plut. 23; Herod. I 55; Thuc. III 32; Xen. inst. Cyr. I 4, 24; Lys. XIII 12; παυθήσομαι, quod rarum est, exhibet Thuc. I 81, 6.

[2]) Πράξομαι passivo sensu raro adhibitum est; repperi duo exempla veterum: Pind. Pyth. IV 243; Plat. rep. V 452 A; saepius legitur πραχθήσομαι: Xen. an. VII 6,8; Lys. XII 76; XXIII 9; Isocr. epist. III 3; Demosth. XVIII 269; prooem. 17; Aeschin. III 98; Aristot. art. rhet. 1359 a_{11}; $_{13}$; Polyb. IX 12, 9.

[3]) Γραφήσομαι exstat Arist. equ. 1370; Xen. inst. Cyr. III 3, 52; Plat. Phaedr. 271 B; Demosth. XXV 73; LIX 7; Aristeae ep. 32; alibi; γράψομαι antiquis temporibus nunquam passive usurpatum est.

[4]) Δεθήσομαι repperi: Demosth. XXIV 126; 131; 190; 191.

[5]) Λήσομαι = *obliviscar* in veterum libris non exstat, sed ἐπι- Il. χ 387: Od. α 57; alibi; λησόμενον Soph. El. 1249 passive intellegendum est.

quod idem Euripides primus praebet, semel in comoedia neque saepius in vetere prosa legimus; ne sequiorum quidem exempla multa mihi innotuerunt[1]. Ἐστερήσομαι cum aliis scribo Eur. I.A. 1203 pro codicum ὑστερήσομαι (cf. p. 13); unicum est exemplum[2]. Τετάξομαι singulis Euripideis et Aristophaneis locis adhibitum bis exstat in veterum prosaicorum scriptis, posteris temporibus saepius invenitur[3]. Quae primum in comicorum usu videmus futura tertia, pauca reperiuntur in soluta oratione. Sunt haec κεκόψομαι a Xenophonte et a Libanio singulis locis[4] et πεπράσομαι semel ab eodem Xenophonte raroque a nonnullis posterorum[5] usurpata. Sola in comoedia locum tenent εἴξω (1), κεκαλύψομαι (1)[6], τετρίψομαι (1)[7], κεκλαύσομαι (1)[8], κεκλείσομαι (1)[9], quod posteri, ut Aristides, Libanius, Themistius, imitati sunt, futuraque ex activi generis perfectis orta κεκλάγξομαι (1) et κεκράξομαι (8)[10]. Hoc non modo Aristophani, sed aliis quoque comoediarum scriptoribus dilectum in recentiorem

---

[1]) Πληγήσομαι legitur: Xen. inst. Cyr. II 3, 10; Demosth. XVIII 263; ἐκπλαγήσομαι: Plat. Euthyphr. 6 C; Plut. Aem. Paul. 12.

[2]) Στερήσομαι passivo sensu adhibuerunt: Soph. Ant. 890; El. 1210; Eur. Hipp. 1460; El. 308; Thuc. III 2,2; 2,79; Xen. mem. I 1,8; Isocr. VI 28; Demosth. XXII 40; alii; in prosa etiam στερηθήσομαι occurrit: Xen. inst. Cyr. IV 2,32; Lys. XII 70; Isocr. VII 34; Dion. Cass. XLI 7.

[3]) Satis raro invenitur futurum ταχθήσομαι: Thuc. I 140 et III 70 ἐπι-; Plat. leg. V 740 C ἐπι-; Xen. mem. III 5, 6 προσ-; futuri τάξομαι passiva significatione instructi unum exemplum cognovi Eur. Suppl. 521 ἐπι-.

[4]) Κοπήσομαι semel exstat veterum aetate: Lys. III 34 συγ-; κόψομαι a Graecorum usu alienum erat.

[5]) Πραθήσομαι primum legi videtur Aristot. fr. 411.

[6]) Καλυφθήσομαι inveni: Demosth. XXI 33.

[7]) Alibi exstat τριβήσομαι: Soph. OR 428 ἐκ-; Xen. Hell. V 4,60; τρίψομαι passive est Thuc. VII 42,6.

[8]) Κλαυσθήσομαι non Atticum occurrit V. Test. Ps. LXXVII 64.

[9]) Κλεισθήσομαι adhibuerunt Xen. Hell V 2,19 et posteri, ut Polyb. V 51, 10; XV 1, 14.

[10]) Primum futurum κλάγξω exstat Aesch. Pers. 947; verbi κράζω futurum primum a veteribus non usurpatum rarissime legitur apud sequiores; cf. Veitch[4] s. v. κράζω.

Graecitatem transiit, ubi ne in prosa quidem deest; in LXX quinquagies fere exstat.

Nisi in prosa non exstant τετιμωρήσομαι[1]) et ἐμπεπρήσομαι[2]) Herodoti a nullo alio scriptore usurpata. Thucydides et Plato raro praebent λελέξεται, quod viguit apud sequiores[3]). Κεκινδυνεύσομαι[4]) singulis Thucydidis et Antiphontis locis reperitur. Πεπολεμήσομαι[5]) unius Thucydidis est. Xenophon primus λελύσομαι exhibet, quod semel a Demosthene quoque usurpatum postea rarum esse videtur; in Epicuri fragmento satis certo coniectatum est ab Usenero, cf. p. 39,1; a Dionysio Hal. Atticae elegantiae studiosis commendatur pro λυθήσομαι[6]). Unum afferri potest futuri ἀνεῴξομαι exemplum Xenophonteum, quod denuo usurpatum videmus apud Synesium[7]). — Ex futuris tertiis a Platone novatis alibi non leguntur ᾑρήσομαι (1)[8]), κεκοσμήσομαι (1)[9]), σεσιγήσομαι (1)[10]), ἐσκέψομαι

[1]) Τιμωρήσομαι medium invenitur Soph. Phil. 1258; Eur. Alc. 733; alibi; passivi futurum τιμωρηθήσομαι legitur Lys. XIII 1; XXXI 24; 26.

[2]) Πρησθήσομαι sero in usu erat: V. Test. Num. V 27.

[3]) Poetae λέξεται passive usurpaverunt, ut Aesch. Ag. 170; Soph. O.C. 1186; Eur. Alc. 323; Hec. 906; Herc. f. 582; I.T. 1047; prosaici λεχθήσομαι: Thuc. V 86; Plat. Tim. 76 C; soph. 251 D; Phaedr. 271 B; Isocr. XII 176; epist. IX 2; Antiph. III 3,4; Aristot. anal. prior. I 24 b_{30}; 43 a_{42}; 47 a_{7} permultisque aliis locis.

[4]) Κινδυνευθήσομαι inveni Dem. XXX 10.

[5]) Idem Thucydides πολεμήσομαι passivo sensu scripsit I 68,3; VIII 43,2; πολεμηθήσομαι sero occurrit: Polyb. II 41,15.

[6]) Prosaici autem veteres multo saepius primo futuro λυθήσομαι usi sunt: Thuc. I 70; III 115; Plat. Tim. 41 B; rep. VIII 546 A; leg. IV 714 C; Hippocr. VIII 484 L; Lys. XIII 16; Isocr. XII 116; Demosth. VIII 10; 17; XX 58; XXIV 55; 73; XXXIII 10; Hyperid. in Athenagor. 6 (III 15); alii.

[7]) Ἀνοίξεται passive est CIA II 1054,25 (347[a]).

[8]) Frequens est αἱρεθήσομαι: Herod. II 13; Thuc. VI 40, 2; VIII 24,5; Plat. Menex. 234 B; epist. II 313 A; Lys. XII 63; Demosth. XX 58; XXI 66; 100; raro αἱρήσομαι passivum sensum habet: Eur. Tro. 1278 ἀφ-; Plat. politic. 261 C δι-.

[9]) Κοσμηθήσομαι idem Plato adhibuit leg. VIII 834 E; exstat etiam in CIA I 32 B 10 (420—416) [κοσμη]θήσεται.

[10]) Σιγηθήσομαι videmus Eur. Hipp. 1430; I.T. 1076; Plat. epist. II 310 E.

(1)[1], quod Aristides imitatus est, τετμήσομαι (1)[2]) ab Atticistis, imprimis Philostrato, denuo adhibitum, ἀπηλλάξομαι (1)[3]) a me Cobetum secuto pro ἀπαλλάξομαι coniectatum (Hesychius hoc futurum tertium testatur); cf. p. 11. Γεγενήσομαι, quod duobus locis Platonicis Schleiermachero auctore pro γενηθήσομαι non Attico scripsi, iure Demostheni quoque recentiores editores reddiderunt, ut infra (cap. V) demonstrabimus. Uno in libro περὶ διαίτης ὀξέων Hippocratico exstat βεβλάψομαι[4]) a Galeno et Rufo imitatione repetitum, in libro περὶ γυναικείων A κεκρύψομαι (2)[5]) postea a Synesio et Ioanne Dox. usurpatum, πεποιήσομαι (2)[6]) a nullo alio adhibitum; δεδηλώσομαι[7]), quod semel in libro περὶ ἄρθρων legitur, etiam apud Diogenem Apolloniatam exstat. Alterum exemplum non cognovi futuri πεπωλήσομαι ab Aenea tactico exhibiti, quod idem cadit in perfecti futura ἠτιμώσομαι[8]) Demosthenicum et τετιμήσομαι[9]) Lysiacum.

---

[1]) Σκεπήσομαι recens est V.T. I. Reg. 20, 18 ἐπι-.

[2]) Τμηθήσομαι quod Kuehner-Blassius I 2³ p. 549 ex Aristotelis demum aetate usurpatum esse dicit, iam ex Ps.-Lysiae VI 27 deprompsi (quae oratio Lysiae temporibus nata est; cf. Blass, Att. Beredsamk. I² p. 570); aliud vetus exemplum non exstat.

[3]) Iam apud poetas ἀπαλλαχθήσομαι reperitur: Eur. Hipp 355; Med. 878; Arist. av. 940; ἀπαλλαγήσομαι usurpaverunt Herod. II 120; Thuc. IV 28,5; Xen. Hell. IV 6, 3; Plat. rep. IV 445 B; Isocr. IV 189; Demosth. XXII 37; occurrit etiam alibi; ἀπαλλάξομαι passive intellegendum est: Xen. inst. Cyr. IV 5, 46; an. V 1, 14; Plat. leg. IX 861 B; Demosth. XX 28; XXIV 85; cf. p. 9.

[4]) Atticorum in usu erat βλαβήσομαι: Plat. Alc. I 114 E; 120 D; Men. 77 E; Hipparch. 227 E; Hipp. min. 373 A; Gorg. 475 D; Isocr. I 25; βλάψομαι passive adhibuit Thuc. I 82, 2; VI 64, 2.

[5]) Κρυφήσομαι ante Aristotelem unus Euripides videtur usurpasse suppl. 543.

[6]) Primum futurum passivi non legitur nisi μεταποιηθήσομαι Dem. XXIII 62.

[7]) Δηλωθήσομαι exstat Thuc. I 144, 2; Aen. tact. XXIX 1; Aeschin. XXXIX 1; δηλώσομαι passive intellegitur Soph. OC 581.

[8]) Ἀτιμωθήσομαι reperitur: Aesch. Ag. 1068; Lys. XX 34; Isocr. V 64; XVI 49.

[9]) Primum futurum passivi a veteribus fere τιμήσομαι usurpatum est: Aesch. Ag. 581; Soph. Ant. 210; Eur. fr. 362_{49} Nauck²; Thuc.

Aetate quae vocatur Hellenistica futura tertia omnino non frequenter adhibita sunt, multo minus novata. Tamen nonnulla cognita habeo ex poetis: πεφιλήσομαι[1]) ex Callimacho, κεχρήσομαι e Theocrito, pro quo alii iniuria, ut infra videbimus, κεχαρήσομαι coniecerunt, κεκορήσομαι[2]) ex Maximo astrologo, quod vix recte in κεχολώσομαι mutatum est (vide cap. V). Sed haec omnia nisi singulis locis non exstant.

Plura nova perfecti futura ex Romanorum temporum scriptoribus afferre possum: δεδείξομαι[3]) usurpatum videmus a Plutarcho, Galeno, Apollonio Dysc., δεδικάσομαι[4]), ἐρρίψομαι[5]), τετρώσομαι[6]) a Luciano, ἐψεύσομαι[7]) a Galeno, λελήψομαι[8]) ab Aristide, πεπλήσομαι[9]) a Porphyrio, πεπληρώσομαι[10]) in epistulis Phalaridi suppo-

---

II 87, 9; Xen. an. I 4, 14; inst. Cyr. VIII 7, 15; oec. IX 11; Hier. IX 9; Plat. rep. IV 426 C; Hipp. mai. 284 B; Dem. XIX 100; 223; deest in inscriptionibus Atticis; τιμηθήσομαι, quod rarum est apud veteres, exstat Thuc. VI 80, 4; CIA II 575,9 (350 – 300) posteaque saepius.

[1]) Veterum primum futurum est φιλήσομαι Od. α 123; ο 281; Antiph. I 19.

[2]) Κορεσθήσομαι recens exstat Babr. XXXI 19.

[3]) Veteres δειχθήσομαι usurpaverunt: Isocr. V 1; XII 4; Dem. XI 12.

[4]) Δικασθήσομαι demum a posteris adhibitum legitur Dionys. Hal. ant. V 61.

[5]) Rarum ῥιφθήσομαι finxit Soph. Ai. 1019 et sequiores, ut Ioseph. bell. Iud. III 7, 20; ῥιφήσομαι exstat Plut. C. Gr. 3.

[6]) Il μ 56 τρώσομαι passivo sensu est; alibi videmus τρωθήσομαι Plat. Criti. 51 B; Lucian. Hermot. 28.

[7]) Ψευσθήσομαι exhibent Soph. Tr. 712; Galen. XV 143 K; ψεύσομαι passive usurpaverunt Eur. Andr. 346 (cf. p. 13); Plat. soph. 240.

[8]) Ubi λελήψομαι media est significatione; saepe primum futurum λήψομαι invenitur, ut Arist. eccl. 783; itemque passivum ληφθήσομαι ut Eur. Med. 381; Thuc. VI 33; 91; Demosth. IX 61; XXI 201; XXIII 156.

[9]) Simplex πλησθήσομαι nisi apud posteros non legitur, ἐμ- Eur. Hipp. 664; Isocr. VI 69.

[10]) Πληρωθήσομαι exstat Plat. conv. 175; Aeschin. II 37; πληρώσομαι passive est Xen. hipparch. III 6; Dem. XVII 28.

sitis, πεπείσομαι[1]) a Libanio, πεπνίξομαι[2]) ab Eunapio, πεφωράσομαι[3]) a Syriano et δεδυνήσομαι[4]) a Sopatro scholiastis Hermogenis, πεπάσομαι[5]) a Pempelio, δεδομήσομαι[6]) in Oraculis Sibyllinis, τετανύσσομαι[7]) in Orphei Lithicis.

Circumscripta futura tertia apud veteres, quod quidem ad poetas attinet, multo pauciora exstant simplicibus. Saepius prosaici scriptores perfecti futura circumscripserunt, ita ut complures minorem numerum simplicium praebeant, ut Xenophon, Demosthenes, imprimis autem Aristoteles, cuius ex omnium prosae orationis auctorum veterum 218 circumscriptis futuris tertiis 109 sunt, i. e. dimidia pars. Sed vix unum tale futurum praeter cetera floruit. Tamen quae commemorentur digna sunt τετελεσμένον ἔσται, quod Homerus quater decies in versuum exitu adhibuit, et quod ab oratoribus identidem, praecipue in finibus orationum, adhibetur, ἐψηφισμένοι sive κατεψηφισμένοι ἔσεσθε. Aristoteles quoque nonnulla circumscripta futura tertia compluries usurpavit, sed plerumque una circumscriptione adhibita ceteri eiusdem verbi circuitus non longe a primo distantes repetiti sunt, quare Aristotelem uni alterive circumscriptioni prae ceteris favisse vix dici potest.

Quantus circumscriptorum perfecti futurorum usus apud recentiores Graecos fuerit, plene cognoscere nondum potui. Observavi tamen in exitu Hellenisticae aetatis epistularum, quas multas ex papyris novimus, frequenter legi: τετευχὼς sive βεβοηθημένος sive κεχαρισμένος ἔσομαι neque postea circumscriptiones deesse.

---

1) Attici frequenter πεισθήσομαι adhibuerunt: Soph. Phil. 624; Xen. inst. Cyr. V 1,8; Isocr. XV 28; XVII 17; Dem. VIII 43; LII 29; alibi.

2) Veteres solum πνιγήσομαι noverant: Arist. nub. 1504; Hippocr. VII 146 L.

3) Aliud passivi futurum verbi φωράω non cognovi.

4) Vulgatum erat δυνήσομαι, recens δυνηθήσομαι, ut Dion. Cass. LII 37.

5) Πάσομαι praebet Aesch. Eum. 169.

6) Verbum δομέω a veterum usu alienum erat.

7) Τανύσσομαι passive usurpavit Archil. fr. 3 (50) ed. Bergk.

Denique non praeteribimus, quamquam activi simplicia futura tertia rarissime formata sunt (cf. p. 16), tamen circumscripta activi generis futura tertia non assequi medii vel passivi generis circumscriptiones. Sunt enim inter 240 veterum perfecti futura circumscripta non plus 88 activi generis.

V. Quam frequenter singuli auctores singulis futuris tertiis usi sint.

Quibus in universum de perfecti futurorum usu disputatis etiam, quotiens singuli scriptores singula futura tertia usurpaverint, accurate demonstrare non nihil referre crediderim.

Iam in carminibus Homericis satis multa perfecti futura adhibita sunt: βεβρώσεται Od. β 203; δεδέξομαι Il. ε 238; εἰρήσεται Il. ψ 795; κεκλήσῃ Il. γ 138; λελείψεται Il. ω 742; μεμνήσομ'(αι) Il. χ 390; -εσθαι Od. τ 581; φ 79; τετεύξεται Il. μ 345; 358; φ 322; 585; πεφήσεαι *(necatus eris)* Il. ν 829; Od. χ 217; -εται Il. ο 140[1]; πεφήσεται *(dictus erit)* Il. ρ 155; κεχαρησέμεν Il. ο 98; κεχαρήσεται Od. ψ 266[2]); κεχολώσομαι Il. ψ 543; -εαι Il. ε 421; 762; -εται Il. α 139; υ 301; Od. ο 214; ω 544. (De futuris κεκαδήσει Od. φ 153; 170; κεκαδησόμεθ' Il. θ 353; πεπιθήσω Il. χ 223; πεφιδήσεται Il. ο 215; ω 158; 187 vide p. 4 s.) Etiam circumscripta futura III in carminibus exstant: ἐσόμεσθα δεδαηκότες Od. β 61 (iuxta adiectivum) et saepissime τετελεσμένον ἔσται Il. α 212; β 257; θ 286; 401; ι 310; ψ 410; 672; Od. β 187; π 440; ρ 229; σ 82; τ 487; 547; φ 337. In hymnis inveniuntur δεδμήσεσθ'(ε) in Apoll. 543 ed. Gemoll; κεκλήσεαι in Merc. 292; in Ven. 149 (de ἀκαχήσω in Merc. 286 vide p. 4 s.); in epigrammatis ἑστήξομεν Εἰρεσιων. (XV) 14.

In ceterorum epicorum pariter ac lyricorum operibus satis pauca futura tertia leguntur: Hesiodus praebet μεμείξεται op. 179 et κεχρημένος ἔσται op. 478 Rzach, Archilochus κεκλήσομαι fr. 24 (15) Bergk, Theognis κεκλήσεται 1203,

[1]) De πεφείσεαι,-εται Wackernagelii coniectura refutanda v. p. 15.

[2]) Nonnulli κεχαρήσω et κεχαρήσομαι ex aoristis derivant, cf. p. 5.

Anacreon ἀναμεμίξονται fr. 77 (81) ed. Bergk, Pindarus εἰρήσεται Isthm. VI (V) 59 et πεφόρσεσθαι Nem. I 68, pro quo Bergkius iniuria coniecit σφε sive σφι φόρσεσθαι; cf. p. 35[1], Empedocles ἐκτήσεαι (de nat. fr. 110, 4 Diels); cf. p. 12.

In vetusta (ante 500) metrica inscriptione sepulcrali CIA I 469, 2 invenitur κεκλήσομαι, praeter quod nullum futurum III in inscriptionibus Atticis exstat[2]).

Libenter tragici perfecti futuris usi sunt, cum quod futura in -θήσομαι exeuntia nondum valde apud eos usitata erant[3]), tum quod ad dulcem elegantemque sonum efficiendum multum valebant aptioraque erant ad versuum rationem quam prima futura[4]). Aeschylus adhibuit: τεθνήξομεν Ag. 1279; κεκλήσῃ sept. 698; -εται Prom. 734; 840; κεκτήσεται sept. 1017; ἀμμεμείξεται Pers. 1052 (De δεδέξεται, λελέξεται, μεμνήσομ'(αι) coniecturis vide infra). Semel circumscripsit futurum III participio perfecti semelque aoristi cum ἔσομαι coniuncto: ἔσται δεδορκώς Ag. 1179; γηρυθεῖσ' ἔσει suppl. 460.

In Prom. 860 vulgo legitur;

φθόνον δὲ σωμάτων ἕξει θεός.
Πελασγία δὲ δέξεται θηλυκτόνῳ
Ἄρει δαμέντων νυκτιφρουρήτῳ θράσει.

Quae cum haud facile explicari possint, Brunckius coniecit: φθόνον δὲ σώμαθ' ὧν ἕξει θεός, Πελασγία δεδέξεται θηλυκτόνῳ Ἄρει δαμέντων. Non clarior ita quam antea sententia loci. Neque Blomfieldii δαμέντας neque Boissonadii δαμέντα probanda censeo. Vix enim, ut recte Godofr. Hermannus, Aeschyli trag. II 1852 p. 381 dixit, dubitari potest quin φθόνον ἕξει θεός *de virginum dictum sit corporibus, quorum potiri non permissurus sit deus Aegypti filiis; nec minus certum* Πελασγία δὲ δέξεται *ad Danaides*

---

[1]) Falso igitur O. Erdmannus, De Pindari usu synt., Halis Sax. 1867 p. 61: *Paulopostfuturum quod dicitur passivi apud Pindarum non legitur.*

[2]) Cf. Meisterhans-Schwyzer, Gramm. der att. Inschr.[3] p. 187.

[3]) Cf. Wackernagel, Sprachgeschichtliches zu Aeschylus' Prometheus, Verhandl. der 46. Versamml. deutscher Philolog. in Strassburg 1902 p. 65.

[4]) Cf. Bernhardy, Wissenschaftl. Synt. der gr. Spr. 1829 p. 380.

referri. Quare iure Wellauer nihil mutandum, sed ad δέξεται supplendum esse putabat αὐτάς ex antecedenti σωμάτων, δαμέντων autem genetivum absol. esse, ita ut loci sententia haec esset: *Deus ipsis corpora puellarum invidebit easque Pelasgia excipiet interfectis illis ferro muliebri.* Godofr. Hermannus l. l. propter obscuram brevitatem orationis aliquid excidisse et huiusmodi quid dictum fuisse existimavit: Π. δὲ δέξεται τὸν ἐγγενῆ στόλον γυναικῶν νυμφίων θηλυκτόνῳ... Sed cum apud Aeschylum illa brevitas non mira videatur, cum Dindorfio, Schoemanno, Weilio, Weckleinio vulgatam servandam duco.

In Ag. 170 Laurentianus praebet:

οὐδ' ὅστις πάροιθεν ἦν μέγας
παμμάχῳ θράσει βρύων
οὐδὲν λέξαι πρὶν ὤν.

Farn. οὐδέν τι λέξαι. Schuetzius ἂν inseruit: οὐδὲν ἂν λέξαι πρὶν ὤν. Cui emendationi et spondeus (ἂν λέξ-) obstat et sententia loci, quae, ut recte vidit Godofr. Hermannus l. l. p. 381, postulat: *neque qui antea potens erat, dicetur fuisse i. e. ille dicetur non amplius esse.* Scripsit igitur Hermannus: οὐ λελέξεται πρὶν ὤν. At futurum III λελέξεται, quod apud poetas veteres non exstat, minime necessarium est. Optime H. L. Ahrensius restituit οὐδὲ λέξεται πρὶν ὤν, quem secuti sunt Dindorfius, Weckleinius, Wilamowitzius. Futurum λέξεται passive usurpatum videmus Soph. O.C. 1186; Eur. Alc. 323; Hec. 906, alibi.

In Eum. 85 ss. traditum est:

Or. ἄναξ Ἄπολλον, οἶσθα μὲν τὸ μὴ ἀδικεῖν·
ἐπεὶ δ' ἐπίστᾳ, καὶ τὸ μὴ ἀμελεῖν μάθε.
σθένος δὲ ποιεῖν εὖ φερέγγυον τὸ σόν.
Ap. μέμνησο, μὴ φόβος σε νικάτω φρένας.

Probabiliter explicat versum 88 Weckleinius (Aeschylos' Orestie mit erklär. Anmerk. III, Die Eumenid. 1888): „*Sei dessen eingedenk, was du gesagt hast, dass ich die Macht habe dich zu schützen, und fürchte dich darum nicht*". Quamquam desideramus pronomen demonstrativum, quo nos carere non posse ratus est Bruhnius, Lucubrationum Eurip. capita sel. in Jahrb. f. klass. Phil. Suppl. XV (1887) p. 294 s., ubi coniecit:

μεμνήσομ'· ἦ φόβος σε νικᾷ τις φρένας;

At hic quoque pronomen demonstrativum desideratur. Atque si credit ille Apollinem „*austera quadam brevitate*" respondere potuisse „*meminero*" (sc. ea quae dixisti), cur non *memento*?

Magis etiam placuit perfecti futurum Sophocli, cuius in usu erant: γεγράψομαι OR 411; εἰρήσεται OR 365; Phil. 1276; ἀντ- Trach. 1184; ἐξ- 1186; τεθάψεται Ai. 577; 1141; κεκλήσομαι OR 522; -εται Ai. 1363; El. 230; πεπαύσομαι Ant. 91; Trach. 587; πεπράξεται OC 861. Praeterea complura circumscripta futura III apud eum leguntur: πεπραγμέν' ἔσται, τἀμὰ δ' ἡμαρτημένα OR 621; ἔσοιθ'... ὠρφανισμένος Trach. 941; ἀντιδοὺς ἔσει Ant. 1067; λυπηθεὶς ἔσει OC 816; σιωπήσας ἔσει OR 1146.

Praecipue Euripidi futura tertia in deliciis erant, etsi in tragoediis eius etiam futura in -θήσομαι cadentia iam multo saepius inveniuntur quam apud Aeschylum et Sophoclem. Saepissime usurpavit κεκλήσομαι Ion. 594; -ει Alc. 330; Hel. 1029; 1667; Ion. 580; -εται Hec. 1271; Hel. 1674; El. 1275; Herc. f. 1330; Iph. Aul. 954; Tro. 13; fr. 36 Nauck² et εἰρήσεται Bacch. 776; Hec. 825; Heracl. 928; Ion. 760; Med. 625; Phoen. 928 nec repudiavit multa alia: βεβλήσεται Or. 271; ἐκβεβλήσομαι Bacch. 1313; δεδήσεται Herc. f. 729 (vide infra); τεθάψει Iph. T. 1464; τεθίξεται Hippol. 1086 (vide infra); ἑστήξεις Iph. Aul. 675 (cf. p. 18); κεκτήσομαι Iph. T. 676; Bacch. 514; -εται Alc. 181; λελήσεται Alc. 198; λελείψομαι Hipp. 324; Or. 1041; μεμνήσομαι Hipp. 1461; -εσθε Herc. f. 250; πεπλήξεται Hipp. 894; πεπράξεται Heracl. 980; ἐστερήσομαι Iph. Aul. 1203 (cf. p. 13); τετάξεται Iph. T. 1046. (De refutandis coniecturis ἀφῃρήσῃ Tro. 1278 vide p. 8; ἐψεύσεται Andr. 344 p. 13; πεπάσει Med. 858 infra). Circumscriptis autem perfecti futuris fabulae Euripideae plane vacant.

In Herc. f. 729 codices habent:

ὦ γέροντες, εἰς καλὸν
στείχει, βρόχοισι δ' ἀρκύων γενήσεται
ξιφηφόροισι, τοὺς πέλας δοκῶν κτενεῖν
ὁ παγκάκιστος.

Sententia postulat: *laqueis includetur.* Quare Elmsleius coniecit κεκλήσεται, Valckenaerius λελήψεται. Faciliorem et veri similiorem puto Piersoni emendationem δεδήσεται, quam Nauckius et Prinzius-Weckleinius in

textum receperunt. Optime futurum tertium ponitur, ut certo eum vinctum iri significetur. Kirchhoffius et recentissimus editor Murrayus servant γενήσεται, quae lectio videtur mihi vix intellegi posse.

In Hipp. 1086 optimus codex A praebet:

κλαίων τις αὐτῶν ἄρ' ἐμοῦ τεθίξεται;

Ceteri libri habent γε θίξεται, quod Wilamowitzius et Nauckius receperunt. Rectius Kirchhoffius, Prinzius-Weckleinius, Murrayus codicis A τεθίξεται praetulerunt. Nam sententia loci non tam *flens me tanget*, quam *flebit*, *quisquis me tetigerit*, poscitur, i. e. τεθίξεται.

In Medeae versibus aperte corruptis 856 ss. codices habent:

πόθεν θράσος ἢ φρενὸς ἢ
χειρὶ τέκνων σέθεν
καρδίᾳ τε λήψῃ
δεινὰν προσάγουσα τόλμαν;

Kayser, ut structurae medeatur, pro τε λήψῃ scribendum esse censuit πεπάσῃ. At hoc futurum III, quod apud Pempelum in Stobaei flor. 79, 52 legimus, a librorum lectione longius mihi recedere neque satis mendum sanare videtur. Probabilius hunc locum apud Prinzium-Weckleinium emendatum puto: πόθεν θράσος ἢ φρεσὶν ἢ etc.

Ex ceteris tragicis unum perfecti futurum servatum est: κεκλήσεται fr. trag. adesp. 101 Nauck[2].

Neque minus dilecta quam tragicis futura tertia comicis scriptoribus erant. Ex Cratini fabulis novimus κεκτήσεται pytin. fr. 187,6 t. I 70 K (8 t. I 122 M), quod idem exstat apud Cratetem ther. fr. 14,1 t. I 133 K (1 t. I 237 M). Eupolis usurpavit κεκράξεται capr. fr. 1,3 t. I 258 K (2 t. I 428 M), quod apud veteres quidem comoediae proprium est. Imprimis autem Aristophanes permultorum verborum perfecti futura usurpavit: ἐγγεγράψεται equ. 1371; εἴξεις nub. 1001 (cf. p. 6); εἰρήσεται Plut. 114; τεθνήξεις Ach. 590; nub. 1436; vesp. 654 (cf. p. 21); -ων Ach. 325; ἑστήξω Lys. 634; κεκλήσομαι vesp. 151; -εται av. 184; 761; προσκεκλήσεσθαι nub. 1277 (cf. p. 35); ἐκκεκαλύψομαι av. 1503 (vide infra); κεκλαύσεται nub. 1436; κεκλείσεται Lys. 1071; ἀποκεκόψι (= εται) thesm. 1127 (cf. p. 16); -ονται nub. 1125; ἐκκεκόψεται ran. 1223;

κεκτήσεται equ. 1251; μεμνῆσι (= ήσει) thesm. 1201; πεπράξεται av. 847; Plut. 1027; 1200; πεπράσει vesp. 179; πεπλήξεται equ. 271; τεταξόμεθ' (α) av. 637; ἐπιτετρίψεσθ'(ε) pac. 246 (vide infra). Denique commemorentur futura κεκράξομαι et κεκλάγξομαι, quorum hoc vesp. 930, illud iterum ac saepius adhibuit: equ. 285; ran. 264; -εται equ. 487; -όμεσθα ran. 258; -ονται Babyl. fr. 79 t. I 412 K (7 t. II 974 M); κατακεκράξομαί equ. 287 [1]). Circumscriptas formas futuri III aspernatus est praeter unam ἐπτερωμένω ἔσεσθον av. 655. (De τετορήσω pac. 381 cf. p. 5; de ἀπηλλάξεσθε coniectato Ach. 752 cf. p. 9).

Dissentiunt viri docti de av. 1503, ubi nonnulli legi volunt: Οἴμωζε μεγάλ'. — Οὕτω μὲν ἐκκαλύψομαι. Ne de codicum quidem lectionibus conveniunt. Legimus enim apud Hallium et Geldartium: ἐκκεκαλύψομαι VA, ἐκκαλύψ. R (?) Ald., apud van Leeuwenium autem: ἐκκαλύψομαι VR, ἐκκεκαλύψ. nonnulli. Mihi quidem ἐκκεκαλύψομαι facilius in ἐκκαλύψομαι videtur depravari potuisse quam primum futurum in tertium. Neque cum Blaydesio propterea ἐκκαλύψομαι revocandum est, quod „*manifesto vox media, non passiva*" postuletur. Namque ut medio sensu adhibita sunt κεκτήσεται Aesch. sept. 1017, alibi; κεχρήσεται Theocr. id. XVI 73; ἐψεύσεται Galen. XV 137 K, ita nihil obstat quominus ἐκκεκαλύψομαι medium intellegamus. Praeterea perfecti futurum certo ab A (Parisino) praebitum maiorem vim habet. Quare probandum censeo, quod Bergkius atque Hallius et Geldartius ἐκκεκαλύψομαι receperunt. Van Leeuwenius exhibet ἐκκαλύψομαι.

In pac. 246 vulgata lectio est haec:

ἰὼ Μέγαρα Μέγαρ', ὡς ἐπιτρίψεσθ' αὐτίκα.

Sed ὦ habent RV, ἐπιτετρίψεσθ' lemm. schol. Rav. Elmsleius correxit:

ὦ Μέγαρα Μέγαρ', ὡς ἐπιτετρίψεσθ' αὐτίκα.

Blaydesius suspicatus est ὦ *in* ἰὼ *metri ruentis causa mutatum esse, postquam* ἐπιτετρίψεσθ' *in* ἐπιτρίψεσθ' *abiisset.*" Probabiliter. Optime enim hic futurum III intellegitur, ut plerique editores, Bekker, Bergkius, Hallius et Geldartius, van Leeuwenius, emendationem Elmslei receperint. Zacher vulgatam servavit.

---

[1]) Vesp. 596 novavit iocosam vocem κεκραξιδάμας.

In nub. 1308 R et V praebent:

κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τήμερον
λήψεται πρᾶγμ', ὃ τοῦ-
τον ποιήσει τὸν σοφιστὴν ⏑ —

A (Paris.) et Θ (Laurent.) exhibent: τι λήψεται, G. Hermannus correxit λήψεταί τι, quod, cum in R et V unam syllabam deesse antistrophus doceat, probabile videtur. Facile τι post λήψεται excidere potuisse perspicuum est. Quod Valckenaerius coniecit, λελήψεται antistropho non respondet neque aut sententia aut forma ipsa a veteribus nunquam usurpata futuri III facit fidem.

Recentiores quoque comici Attici libenter perfecti futuris usi sunt. Anaxandrides praebet κεκλήσει ther. fr. 45 t. II 156 K (1 t. III 191 M), Menander κεκλήσει fr. inc. 694 t. III 200 K (167 t. IV 271 M), κεκράξεται Sam. 204 Koerte, ἠγορασμένην ἔσεσθαι apist. fr. 64 t. III 21 K (t. IV 87 M), Philemon ἐσόμεθ' ἐστερημένοι fr. inc. 99,3 t. II 509 K (41 t. IV 49 M), Hegesippus ἑστήξετ'(αι) adelph. fr. 1,25 t. III 312 K (t. IV 480 M).

Rarius poetis simplicia futura tertia prosaici scriptores usurpaverunt. Quamquam ne ex his quidem, qui perfecti futuris interdum faverint, plane desunt. In vigore autem vix apud unum erant; non adhibent ea nisi ubi quodammodo altiora spirant.

Herodotus identidem scripsit εἰρήσεται II 35; IV 16; 82; VI 86; κατ- VI 69; pauca alia: μεμνήσεσθε VIII 62; ἐμπεπρήσεται VI 9; τετιμωρήσεαι IX 78. Circumscriptas formas rarissime usurpavit: βεβουλευμένα ἔσται I 112,2; διαφυγὼν ἔσεσθαι VII 197.

Omnino desunt circumscripta futura III apud Thucydidem, etsi alia tempora non raro circumscripsit [1]). Simplicia autem pro ambitu operis eius satis multa inveniuntur: εἰρήσεται VI 34,4; καθεστήξει III 37,3; 102,6; ἀποκεκινδυνεύσεται III 39,7; λελέξεται III 53,4; λελείψεσθαι V 105,1; καταλελείψεται II 64,3; διαπεπολεμήσεται VII 14,3; -όμενον 25,7 (vide infra); τετάξεσθαι V 71,3. (De repellendis coniecturis ἀπηλλάξεσθαι VIII 2,4 cf. p. 10; κεκωλύσεσθαι II 8,3 cf. p. 28 adn. 2; κεχειρώσεσθαι IV 28,5 cf. p. 36; ἀπομεμνήσεσθαι I 137 cf. p. 36).

[1]) Cf. Thuc. ed. Classen-Steup⁴ 1 (1897) p. 326.

In Thuc. VII 14,3 bonus et vetustus codex Vaticanus B exhibet: εἰ δὲ προσγενήσεται ἓν ἔτι τοῖς πολεμίοις..., διαπεπολεμήσεται αὐτοῖς ἀμαχεὶ.. ὁ πόλεμος. Plurimi libri habent διαπολεμήσεται. Quamquam πολεμήσομαι ab ipso Thucydide passive usurpatum videmus I 63,3 et VIII 43, 2, hic sine dubio fortius futurum III postulatur: *bellum non iam erit.* Item VII 25,9 διαπεπολεμησόμενον ab eodem Vaticano praebitum servandum est, ubi ceteri libri exhibent: ἔπεμψαν πρέσβεις.. ἀξιώσοντας ξυμβοηθεῖν, ὡς.., ἢν.. φθάσωσι.., διαπολεμησόμενον. Solum perfecti futurum satis facit sententiae. Ad confirmandum futurum III Hudius conferri iubet Et. Gud. 641,2: ὡς καὶ τῶν Ἀθηνῶν.. καὶ ὡς, ἢν φθάνωσιν.., διαπεπολεμησομένων.

In Xanthi fragmentis exstat λελείψομαι fr. 19 p. 41 Mueller. In reliquorum historicorum fragmentis perfecti futura non inveni.

Xenophon iam multo magis circumscriptis formis favit. Simplicia futura III usurpavit haec: δεδήσομαι inst. Cyr. IV 3,18; εἰρήσεται VII 1,9; ἀφεστήξει an. II 4,5 (cf. p. 19); ἑστήξεται inst. Cyr. VI 2,17; de ven. X 9 (cf. p. 19); κατακεκόψεσθαι an. I 5,16; (cf. p. 29 adn. 1); κεκτήσῃ Hier. XI 15 (vide infra); λελείψεται an. II 4,5; καταλελύσεται inst. Cyr. I 6,9; ἀπολελύσονται VI 2,37 (cf. p. 30 adn. 1); μεμνήσει conv. IV 20; -όμεθα inst. Cyr. III 1,27; -ονται VIII 6,6; -εσθαι an. I 7,5; VII 6,38; -όμενον oec. VIII 21; ἀνεῴξεται Hell. V 1,14 (cf. p. 14); πεπράσεται an. VII 1,36. (De coniectura πεπράσεσθαι Hell. VI 2,15 v. p. 28 adn. 2). Plura circumscripta perfecti futura apud eum leguntur: κατακεκονότες ἔσεσθε an. VII 6,36 (vide infra); νενικηκὼς ἔσεσθαι Hell. VII 5,24; διασεσωκὼς et ἐπιτετειχικὼς ἔσῃ VII 2,20; τετιμωρηκότας ἔσεσθαι VII 3,11; ἐσόμεθα ἀποδεδειγμένοι an. VII 1,26; ἐπιδεδειγμένα ἔσται hipparch. III 4; ἔσονται κεκινημένοι de ven. IX 18; κατειλημμένοι ἔσονται inst. Cyr. IV 2,21; λελυμασμένος ἔσοιτο Hell. VII 5,18; διαπεπραγμένοι ἔσονται IV 8,28; ἐρρωμένον ἔσται oec. X 5; σεσαγμένος ἔσομαι conv. IV 64; κατεσκευασμένοι ἔσονται oec. IV 14; παρεσκευασμένα ἔσται inst. Cyr. IV 2,34; παρεσκευασμένοι ἔσονται hipparch. VI 1; κατεστραμμένος ἔσῃ Hell. V 2,27; ἀποτετελεσμένος ἔσται oec. XIII 3; τετιμωρημένος et κεχαρισμένος ἔσῃ Hell. IV 8,9; διεφθαρμέναι ἔσονται inst. Cyr.

VII 2,13; ἐψευσμένοι ἔσονται an. III 2,31; ὠφελημένοι ἔσεσθε conv. IV 7.

In Xenoph. Hier. XI 15 vulgo legitur: κἂν ταῦτα ποιῇς, εὖ ἴσθι πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις κάλλιστον.. κτῆμα κεκτῆσθαι· εὐδαιμονῶν γὰρ οὐ φθονηθήσῃ. Codex D habet κέκτησο. Rectissime Reuchlinus correxit κεκτήσῃ, quod exemplis confirmavit Frotscher (Xenophontis Hiero 1822) ad h. l.; Thalheimius quoque nuper hanc emendationem recepit.

In Xenoph. an. VII 6,36 Cobetus recte κακακεκονότες restituit, cum meliores libri C et B (Paris.), A (Vat.), E (Eton.) κατακεκανότες praebeant, deteriorum consensus κατακανόντες. Meliorum codicum κατακεκανότες e κατακεκονότες depravatum esse apparet. Quo mendo textui illato scribae deteriorum librorum, cum corrigere vellent, denuo hanc formam corruperunt. Xenophon enim futurum III nunquam participio aoristi cum ἔσομαι coniuncto circumscripsit, persaepe autem participio perfecti.

Aeneas tacticus unum πεπωλήσομαι praebet.

Quod Plato, qui non raro ad poeticam elationem assurgeret [1]), satis multis perfecti futuris usus est, vix quisquam mirabitur. Exstant in operibus eius: ἠρήσεται Prot. 338 B (cf. p. 7); ἀπηλλάξονται rep. V 465 D (cf. p. 11); γεγενήσεται Parm. 141 E bis (vide infra); ἀναγεγράψει Gorg. 506 C; δεδήσεται rep. II 361 E; εἰρήσεται Theaet. 179 B; Prot. 319 A; rep. V 473 C; VIII 569 C; leg. XI 918 E; τεθνήξει Gorg. 469 D; ἑστήξοι conv. 220 D; ἀφεστήξει rep. IX 587 B; κεκλήσοιτο Tim. 42 A; -εσθαι 88 C (cf. p. 37); κεκοσμήσεται rep. VI 506 A; κεκτήσεται Gorg. 467 A; rep. IX 591 A; ἐκτήσεται Lach. 192 E (cf. p. 11); λελέξεται rep. V 457 B; Crat. 433 A (vide infra); μεμνησόμεθα Phil. 31 B; politic. 285 C; Gorg. 495 D; leg. VI 783 D; πεπλήξει Theaet. 180 A; διαπεπράξεται Gorg. 510 E; σεσιγήσονται epist. II 311 C; ἐσκέψεται rep. III 392 C (cf. p. 12); προστετάξεται rep. V 465 A; ἐκτετμήσεσθον rep. VIII 564 C. Neque tamen circumscriptae formae apud eum desiderantur: κατεαγὼς ἔσται Gorg. 469 D; γεγονὼς ἔσται Tim. 31 B; Theaet. 208 E; rep. IX 582 D; ἔσται τεθνηκυῖα Phaed. 106 B; ἀπολελοιπὼς ἔσται Charm. 174 C; μεμαθηκυῖα ἔσται Men. 86 A; πεπονθὼς ἔσομαι

[1]) Cf. Christ-Schmid, Gesch. d. gr. Lit. I⁵ p. 662 s.

apol. 42 A; βεβασανισμένον ἔσται Gorg. 487 E; δεδημιουργημένος ἔσται Tim. 31 A; εἰργασμένα ἔσται Crat. 431 D; ἀπειργασμένος ἔσται leg. VIII 838 E; ἐξειργασμένος ἐσοίμην epist. VII 328 C; ἔσται τεθραμμένος leg. XII 942 A; ἀποκεκριμένος ἔσομαι Hipp. mai. 288 A; λελυμένα ἔσεσθαι rep. IV 437 A; ἔσται κατῳκισμένη leg. VI 752 B; ἔσται διωρισμένος politic. 281 C; πεπαιδευμένος ἔσται leg. II 654 C; ἔσται περιπεπλεγμένον politic. 265 C; ἔσται πεπραγμένα epist. VII 347 B; διεσχισμένον ἔσται Gorg. 469 D: ἔσοιτο τεταγμένη Tim. 41 E; τεταμένη ἔσται leg. VI 770 D; ἔσται ἀποτετελεσμένον leg. XII 969 B; κεχαρισμένος ἔσει soph. 218 E; κεχαρισμένον ἔσται Crat. 408 E; κεχρησμῳδημένα ἔσται epist. VI 323 C.

In Crat. 433 A libri Clarkianus B et Venetus T praebent: ὅταν γὰρ τοῦτο ἐνῇ, κἂν μὴ πάντα τὰ προσήκοντα ἔχῃ, λέξεταί γε τὸ πρᾶγμα. Venetus E (liber Bessarionis) exhibet λ ε λ έ ξ ε τ α ι. Iniuria, qui nuper Platonem edidit, Burnetus λέξεται servari iubet. Nemo enim scriptor prosaicus λέξεται passive usurpavit, quae erat poetarum consuetudo. Plato ipse λεχθήσομαι scripsit, ut Tim. 76 C; soph. 251 D; Phaedr. 271 B. Optime hic futurum III in sententia adversativa ponitur, ut alibi εἰρήσεται, cf. p. 31. Confirmatur λελέξεται altero exemplo Platonico rep. V 457 B: κάλλιστα γὰρ δὴ τοῦτο λέγεται καὶ λελέξεται.

Etiam in recentissimis editionibus legimus futurum γενηθήσομαι non Atticum Parm. 141 D/E. Τί οὖν; τὸ ἦν καὶ τὸ γέγονε καὶ τὸ ἐγίγνετο οὐ χρόνου μέθεξιν δοκεῖ σημαίνειν τοῦ ποτὲ γεγονότος; Καὶ μάλα. Τί δαί; τὸ ἔσται καὶ τὸ γενήσεται καὶ τὸ γ ε ν η θ ή σ ε τ α ι οὐ τοῦ ἔπειτα μέλλοντος; Ναί. Τὸ δὲ δὴ ἔστι καὶ τὸ γίγνεται οὐ τοῦ νῦν παρόντος; Πάνυ μὲν οὖν. Εἰ ἄρα τὸ ἓν μηδαμῇ μηδενὸς μετέχει χρόνου, οὔτε ποτὲ γέγονεν οὔτ' ἐγίγνετο οὔτ' ἦν ποτε, οὔτε νῦν γέγονεν οὔτε γίγνεται οὔτ' ἔστιν οὔτ' ἔπειτα γενήσεται οὔτε γ ε ν η θ ή σ ε τ α ι οὔτ' ἔσται.

Vix quisquam dubitabit quin inter γενήσεται et insequens futurum, quod ex codicibus γενηθήσεται est, significationis differentiam exstare necesse sit. Fingamus autem Stallbaumium ad Platonis Parmenidem [1]) p. 401 recte haec futura distinxisse exponentem γενήσεται per „es wird im Werden sein", γενηθήσεται per „es wird werden". Nonne exspectandum est iuxta sescenta veterum futuri

---

[1]) Platonis Parmenides, ed. Godofr. Stallbaum, Lips. 1839.

γενήσομαι exempla (unus Plato plus sexaginta praebet) compluribus locis etiam γενηθήσομαι exstare, quoniam iuxta φανοῦμαι aeque fere totiens φανήσομαι, iuxta ἀπαλλάξομαι non raro ἀπαλλαγήσομαι invenimus, quin etiam iuxta multa minus frequentia τιμήσομαι, ἄξομαι, βλάψομαι, ζημιώσομαι, κινήσομαι passive usurpata futura in -θήσομαι exeuntia minime desunt? At sit γενηθήσομαι etsi rarissimum, tamen Atticum. Quale autem futurum in -θήσομαι cadens prius adhibitum est quam eiusdem verbi aoristus in -θην desinens? Immo multa in promptu sunt exempla futurorum constanter medii terminatione affectorum, quorum aoristi iam pridem passivi terminationes acceperant, ut βουλήσομαι iuxta ἐβουλήθην, ἐπιμελήσομαι iuxta ἐπεμελήθην. Frustra autem in cuiuslibet veteris scriptoris libris aoristo ἐγενόμην abundantibus quaeres ἐγενήθην, quae forma a Phrynicho p. 108 ed. Lobeck Dorica iudicata apud Atticos primum occurrit in Com. fr. Philem. II 508 Kock [1]) ac saepius inde a tertio saeculo, ut apud Polybium, Philodemum, Iosephum [2]). Ἐξεγενήθη ἡμῖν, quod codices in Platonis Phil. 62 D habent, sine dubio ex ἐξεγένεθ' ἡμῖν depravatum est [3]). Neque solum loquendi usus obstat quominus γενηθήσομαι comprobemus, sed, id quod iam supra breviter significavimus, etiam loci sententia. Quis enim non sentiet Platonem praesentia, praeterita, futura tempora inter se respondentia facere in animo habuisse? Ἐστί et ἦν ad ἔσται, γίγνεται et ἐγίγνετο ad γενήσεται quadrant. Quid igitur ad γέγονε aliud quadrare potest nisi γεγενήσεται? Quod iam Marsilius Ficinus intellexit, cum, etsi γενηθήσεται servat, vertit: „*factum fuerit*", imprimis autem Schleiermacher, qui pro γενήσεται (!) coniecit γεγενήσεται [4]), sensit vero etiam Stallbaumius l. l. dicens: „*Nimirum hoc* (γεγενήσεται) *cum usus loquendi aspernaretur, philosophus*

---

[1]) Cf. Kuehner-Blass, Gramm. I 2³ p. 391.

[2]) Cf. W. Schmid, Att. II p. 29.

[3]) Cf. Rutherford, The new Phrynich., Lond. 1881, p. 194.

[4]) Schleiermacher, Platos Werke I 2³ p. 292: „*Der Vollständigkeit wegen verwandelt die Uebersetzung beide Male das* γενήσεται (!) *in* γεγενήσεται, *um den Parallelismus der Zeit zu erlangen, den Plato beabsichtigt hat und den auch Ficinus wiedergibt. Wer sich zu der Form* γεγενήσεται *nicht entschliessen kann, der sollte lieber* καὶ τὸ γενηθήσεται *mit einer Handschrift bei Bekker auslassen. Doch reicht dies bei der 2. Stelle nicht aus.*"

eam posuit futuri formam, quae et ipsa statum aliquem futurae actionis designaret ideoque prope ad vim futuri tertii accederet." Fatetur ergo Stallbaumius Platonem in angustias quasdam inductum, quod γεγενήσεται a sermonis consuetudine alienum fuerit, scripsisse γενηθήσεται. At γεγενήσεται etiam ex grammaticis argumentis multo probabilius est quam γενηθήσεται. Aoristus enim ἐγενήθην, quam formam futuro γενηθήσομαι antecedere necesse erat, ut iam supra dictum est, ante Alexandrinam quae vocatur aetatem nusquam reperitur, perfectum autem γεγένημαι, ex quo γεγενήσομαι ortum est, sescenties in veterum operibus exstat. Accedit quod perfecti futurorum usus apud Platonem viguit. Atque cum Isocrates VI 10 γεγενημένον ἔσται, Plato, Isocrates, Aristoteles γεγονὼς ἔσομαι praebeant[1]), sine dubio etiam simplex futurum tertium γεγενήσομαι formari potuit. Neque quod Stallbaumius l. l. alterum futuri tertii exemplum inveniri posse negat, γεγενήσεται refutandum est. Exstant enim multa perfecti futura, quorum non plus unum exemplum in promptu habemus, ut ἠρήσεται, κεκοσμήσεται, σεσιγήσονται apud ipsum Platonem, sed etiam in Demosthene XVI 5 coniectatum est γεγενήσονται summa, ut infra docebimus, fide dignum. Vides igitur cum e sententia tum e grammaticis causis γεγενήσεται veri multo similius esse quam pravissimum illud γενηθήσεται. Restat ut quod nuper Burnetum[2]) ab emendando hoc loco videtur deterruisse, examinemus: Legitur enim γενηθήσεται etiam in Procli ad Parmenidem commentario. At iam ante Procli aetatem vitium in textum intrasse eo minus miraberis, quod inde ab Hellenisticis temporibus aoristus ἐγενήθην non rarus erat neque γενηθήσομαι in vulgari quidem sermone plane videtur defuisse[3]). Neque quod Proclus in sententia non offendit, nos permovere potest ut locum intactum relinquamus.

Videamus nunc, quae perfecti futura in scriptis Hippocraticis inveniantur. Ex quibus quae genuina sint, cum viri docti dissentiant, eam sequamur rationem, ut, quae in singulis scriptis exstent futura III, demonstremus. Praebent

[1]) Quod ex indice cognosces.

[2]) Burnetus adnotavit ad hunc locum: γεγενήσ. Schleierm., at vide Proclum.

[3]) Cf. Helbing, Gramm. der Septuag. 1907 p. 98.

enim libri περὶ ἀρχ. ἰητρ. I 13_5 K εἰρήσεται; περὶ διαίτης ὀξέων I 114_{22} K εἰρήσεται; 116_{11} K βεβλάψεται; 127_{22} K; 131_{16} K; 134_3 K; 137_1 K; 142_{12} K γεγράψεται; ἐπιδημιῶν τὸ πρῶτον I 181_{23} K; 185_{10} K; 201_{12} K γεγράψεται; ἐπιδημιῶν τὸ τρίτον I 224_{20} K; 227_{25} K γεγράψεται; κατ᾽ ἰητρεῖον II 33_{11} K εἰρήσεται; περὶ ἀγμῶν II 61_{15} K εἰρήσεται; 90_9 K εἰρησομένων; 97_9 K σεσηρὸς et ἐκπεπληγμένον ἔσται; 110_4 K ἠθροισμένον ἔσται; περὶ ἄρθρων II 127_3 K; 129_{12} K; 132_5 K; 163_{12} K; 206_6 K γεγράψεται; II 113_7 K γεγραψόμενος; II 147_2 K; 167_4 K; 188_{20} K εἰρήσεται; II 197_1 K εἰρησομένοις; II 171_{19} K δεδηλώσονται (quod unicum habet etiam Diogenes Apoll. fr. 4 Diels); II 202_{10} K ἠδελφισμένος ἔσται; II 228_7 K παρατεταμένος ἔσται; μοχλικόν II 258_{14} K εἰρήσεται; περὶ παθῶν VI 214 L γεγράψεται; 238 L πεπαύσεται; περὶ διαίτης B VI 562 L εἰρήσεται; περὶ γονῆς VII 476 L εἰρήσεται; περὶ φύσιος παιδίου VII 496 L εἰρήσεται; περὶ νούσων τὸ τέταρτον VII 498 L ἀναμεμίξεται; περὶ γυναικείων A VIII 64 L; 140 L γεγράψεται; 28 L εἰρήσεσθαι; 86; 93 L κεκρύψεται; 46; 92 L πεποιήσεται; 72 L διατεταμένα ἔσται; προρρητικόν B IX 14 L πεπαύσεται; 52 L πεπαύσονται. Saepissime vides his in scriptis εἰρήσεται et γεγράψεται inveniri, quae plerumque primi futuri loco sunt posita (cf. p. 31), alia futura III rarius neque multa circumscripta.

Ut redeamus ad Atticos scriptores, quotiens oratores perfecti futuris usi sint, cognoscamus: Antiphon unum κεκινδυνεύσεται adhibuit V 75 duasque circumscriptas formas: ἀντομωμοκὼς ἔσται I 8 et δεδειγμένον ἔσται V 80. Andocides exhibet εἰρήσεται apud oratores valde usitatum I 73, cui duo circumscripta futura addenda sunt: συνῳκηκὼς ἔσται I 129 et ἀπολελογημένος ἔσομαι I 72. In Lysiae orationibus legimus μεμνήσεται VI 42; πεπαύσεσθαι XXV 33 (cf. p. 38); τετιμήσεται XXXI 24; in fragmentis εἰρήσεται CXIX, 1 Thalh.; παραλελείψεται XC Thalh.; in apologiae Socratis fr. 219 ed. Baiter et Sauppe exstant incertae formae τεθνήξῃ et τεθνήξομαι (cf. p. 22). Neque aspernatus est orator circumscripta perfecti futura: εἰληφότες ἔσεσθε XXVII 7; XXX 23; τετιμωρηκότες ἔσεσθε XIII 97; ἔσονται ἀπηλλαγμένοι V 4;

πεποιημένους ἔσεσθαι XII 100 (cf. p. 38); ἐψηφισμένοι ἔσεσθε XXII 19. Isocrates numero satis multa simplicia futura III praebet (7); in his tamen sexies εἰρήσεται VII 76; XII 16; 225; XV 177; 243; XVIII 10; semel μεμνήσεσθαι XII 259. Circumscriptis usus est his: ἔσονται γεγονότες X 43; ἔσεσθαι δεδωκώς XV 125; ἔσεσθε πεποιηκότες XV 297; ἔσται γεγενημένον VI 10; ἔσεσθαι ἐπιδεδειγμένους XI 27; ἔσεσθε κατεψηφισμένοι XV 297. Isaeus ne unum quidem simplex futurum III usurpavit, circumscripta duo: ἔσεσθαι προειδώς IX 14 et ἔσται πεπραγμένα X 13. Apud Demosthenem, etsi undecim locis εἰρήσεται adhibuit neque alia futura III plane repudiavit, longe praevalent circumscripta. Inveniuntur enim in orationibus eius: ἠτιμώσεται XIX 284 (cf. p. 8); διαβεβλήσεται XVI 2 et prooem. VIII vs. 16; γεγενήσονται XVI 5 (vide infra); εἰρήσεται XI 17; XIV 24; XIX 224; XXI 198; XXXII 26; XXXIX 3; XL 10; XLIV 4; XLV 4; LVII 64; LVIII 4; ἑστήξουσιν XX 37; λελύσεται XIV 2; πεπράξεσθαι XIX 74 (de ἀπηλλάξεται coniect. XX 28 et XXIV 85 cf. p. 9). Circumscriptas formas usurpavit has: ἀνῃρηκότες ἔσεσθε XIX 342; ἀφῃρηκὼς ἔσει XX 17; ἐπιβεβουλευκὼς ἔσται XXXIII 3; ἐγνωκὼς ἔσται I 14; ἐσόμεθα ἐγνωκότες IV 50; ἔσται δεδωκώς XXI 50; ἔσεσθαι δεδωκώς LII 24; ἀπολωλεκὼς ἔσται LVIII 31; ἐρραψῳδηκότες ἔσεσθαι XXV 2; κατεσκευακὼς ἔσται XXXIII 3; ἔσεσθε κατεσκευακότες LII 2; ἐστρατηγηκότες ἔσεσθε III 6; πεφωνασκηκὼς ἔσται XIX 336; ἔσεσθ' ᾑρημένοι prooem. XLIV vs. 20; ἐσόμεθα ἀπηλλαγμένοι IV 50; ἔσομαι προσητιμωμένος XXVII 67; ἐκβεβλημένη ἔσται LIX 86; ἐγγεγραμμένος ἔσται XXXIX 14; ἔσονται ἐγγεγραμμένοι 15; ἐξεληλεγμένοι ἔσονται prooem. X vs. 19; ἔσεσθε πεπεισμένοι prooem. XLIV vs. 17; ἔσομαι ἀπεστερημένος XXVII 67; ἔσεσθ' ἐψηφισμένοι XX 166; XXII 39; XXXV 56; XLV 88; LII 33.

In optimo codice Σ (Parisino) exstat XVI 5: σκεπτέον τοίνυν, μὴ πρότερον τούσδε γενέσθαι φοβεροὺς καὶ μεγάλους ἐάσωμεν ἢ 'κεῖνοι μικροί τε γενήσονται, καὶ λάθωσιν ἡμᾶς πλείονι μείζους οἱ Λακεδαιμόνιοι γενόμενοι ἢ ὅσῳ τοὺς Θηβαίους ἐλάττους συμφέρει γενέσθαι. Ceteri libri τε ante γενήσονται omittunt. Neque Parisini neque ceterorum codicum lectio probabilis est. Frustra enim in illo quaeres καὶ ad τε

quadrans. Exstincto autem cum plerisque libris τε sententia loci laborat non minus quam antea. Postulatur enim: *Spectandum est, ne hos prius validos fieri patiamur, quam illi debiles facti erunt*, minime *fient*. Quare vix dubium esse potest quin codicis Σ τε γενήσονται e γεγενήσονται depravatum sit. In ceteris libris primam syllabam γε deesse non mirum est; nam persaepe in codicibus, ubi litterae vel syllabae pares inter se sequuntur, una est omissa. Rectissime igitur Blassius in quarta editionis Dindorfianae recognitione (1885) et recentissimus Demosthenis editor, Butcher (1903), γεγενήσονται oratori reddiderunt.

Aeschines εἰρήσεται II 22 et μεμνήσομαι II 11 usurpavit, Dinarchus εἰρήσεται I 10 et κατεψηφισμένοι ἔσεσθε II 21, Hyperides εἰρήσεται in Athenag. I 2; ἀφηρηκότες ἐσόμεθα pro Euxen. 26; ἔσται καταλελειμμένον in Demosth. fr. X (XV), Polyeuctus προβεβλήσεται in Demad. fr. 1 p. 274 ed. Baiter et Sauppe; ἔσονται γεγραμμέναι ibid.

Omnino fere desunt simplicia perfecti futura, pro quibus iam Platonem et Xenophontem non raro, oratores saepius circumscripta adhibuisse vidimus, in Aristotelis libris, qui praeter εἰρήσεται anim. II 420 b_{21} et ἑστήξεται metaph. 1047 a_{15} nullum exemplum praebet. Dilectissima autem erant ei circumscripta: ἀνῃρηκότες ἐσόμεθα top. I 102 a_{14}; b_{33}; II 109 b_{24}; 110 a_{35}; 111 b_{23}; III 120 a_{26}; VII 154 a_{34}; διημαρτηκὼς ἔσται top. VI 145 a_{2}; βεβαδικὸς ἔσται phys. VI 232 a_{5}; ἔσται προβεβηκός animal. 709 a_{18}; ἔσται συμβεβηκός metaph. III 1007 b_{11}; IV 1025 a_{24}; συμβεβηκότα ἔσται anal. post. I 75 b_{12}; phys. I 186 b_{17}; μεταβεβληκὸς ἔσται phys. V 225 b_{28}; VI 236 a_{19}; 237 a_{11}; $_{15}$; $_{27}$; 240 b_{27}; gener. et corrupt. I 327 a_{24}; metaph. X 1068 a_{28}; ἔσται γεγονός phys. VIII 262 b_{19}; cael. III 306 a_{25}; gener. et corrupt. I 316 a_{21}; 327 a_{24}; δεδειχότες ἐσόμεθα top. I 108 b_{3}; $_{17}$; II 109 a_{4}; $_{6}$; 112 a_{29}; $_{30}$; 113 b_{10}; $_{12}$; ἔσται ἀποδεδωκώς categ. 2 b_{35}; ἐοικὸς ἔσται animal. IV 769 a_{32}; ἔσται εἰρηκώς top. V 130 b_{4}; ἔσται διεληλυθώς cael. I 272 b_{30}; ἔσται διεληλυθυῖα mech. 855 b_{12}; $_{21}$; ἔσται διεστηκός phys. III 204 b_{21}; καθεστηκὸς ἔσται mech. 851 a_{24}; ἔσται εἰληφώς anal. post. II 91 b_{9}; eth. Nicom. VI 1142

b_{19}; 1144 b_{35}; ἔσται πεπονθώς eth. Nicom. IV 1124 b_{12}; ἔσται πεπονθός qui fertur de Meliss., Xenoph., Gorg. 978 a_{14}; ἔσται ἀντιπεπονθός eth. Nicom. V 1133 a_{31}; μετακεχωρηκὸς ἔσται mech. 851 a_{21}; ἀνῃρημένος ἔσται top. VI 151 b_{16}; ἀνῃρημένον ἔσται top. II 120 a_{23}; $_{31}$; ἔσται διῃρημένον gener. et corrupt. I 316 a_{24}; 327 a_{13}; ἠπατημένος ἔσται anal. post. I 79 b_{31}; ἔσται βεβουλευμένος eth. Nicom. VII 1142 b_{19}; δεδειγμένον ἔσται top. II 111 b_{20}; 113 b_{14}; III 120 a_{16}; VII 152 a_{12}; ἔσονται δεδειγμέναι anal. prior. II 58 a_{9}; δεδειγμένα ἔσται top. II 114 b_{1}; ἔσται ἀποδεδομένον top. V 130 a_{17}; b_{7}; 131 a_{22}; 132 a_{5}; $_{18}$; 135 a_{26}; ἔσονται εἰθισμένοι politic. V 1310 a_{16}; ἔσται ἐξειλιγμένος mech. 855 b_{15}; ἔσται εἰργασμένον animal. hist. I 624 b_{34}; ἔσται εἰρημένον top. V 131 a_{29}; soph. elench. 173 a_{38}; metaph. VI 1030 b_{33}; art. rhet. III 1418 a_{13}; ἔσται κεκινημένος mech. 856 a_{13}; ἔσται κεκινημένον phys. VI 232 a_{5}; 236 b_{36}; 237 a_{2}; 238 a_{4}; ἔσται εἰλημμένα anal. prior. I 42 a_{23}; διειλεγμένοι ἐσόμεθα top. I 102 a_{39}; b_{2}; III 120 a_{19}; ἀπολελυμέναι (ἔσονται) metaph. VI 1031 b_{3}; μεμειγμένη ἔσται fr. 1510 a_{10}; ὡρισμένος ἔσται phys. VII 242 b_{11}; ὡρισμένον ἔσται cael. I 273 a_{10}; metaph. III 1006 a_{25}; ἔσονται ὡρισμένοι II 1002 b_{20}; ἔσονται ἀφωρισμέναι II 1002 b_{16}; διωρισμένον ἔσται politic. VII 1335 b_{26}; ἔσονται πεπαιδευμένοι politic. V 1310 a_{16}; ἔσται πεπεισμένος top. VIII 161 a_{32}; πεπερασμένος ἔσται phys. VI 233 b_{5}; ἔσται πεπερασμένη 241 b_{2}; ἔσται πεπερασμένον cael. I 271 b_{33}; 273 b_{27}; 275 a_{12}; πεπερασμένα ἔσται cael. I 273 a_{14}; metaph. X 1067 a_{17}; ἐστερημένον ἔσται politic. VII 1326 a_{39}; ἔσται ἀνεστομωμένη animal. hist. X 635 a_{12}; ἀντεστραμμένος ἔσται anal. prior. I 44 a_{31}; ἐφθαρμένη ἔσται phys. I 192 a_{33}; ἔσται κεχωρισμένον cael. III 302 a_{8}; ἔσται κεχωρισμένα metaph. XII 1076 b_{12}; macrob. 465 b_{14}; ἔσται ὠφελημένος top. VIII 161 a_{32}.

Inscriptiones prosaici sermonis Atticae, ut iam supra diximus, futuris III omnino vacant neque ceteri vetustioris aetatis tituli videntur exempla praebere. De mirifica forma μεμισθωσώνται tabulae Heracleensis CIG 5774_{58} (III 695) conferas p. 33 adn. 1.

Antequam de recentiorum scriptorum usu futuri III disputemus, quotiens potissimi veteres auctores et simplicia

et circumscripta perfecti futura usurpaverint, denuo tabula demonstrare operae videtur mihi pretium esse:

	simplicia	ἔσομαι coniunctum cum		Adnotationes
		part. perf.	part. aorist.	
Homerus	29	15*	—	*14 τετελεσμένον ἔσται
Hesiodus	1	1	—	
Pindarus	2	—	—	
Aeschylus	6	1	1	
Sophocles	13	3	3	
Euripides	36	—	—	
Aristophanes	35	1	—	
Herodotus	8	1	1	
Thucydides	10	—	—	
Xenophon	18	23	—	
Plato	32	28	—	
Hippocrates	43*	6	—	*19 γεγράψεται, 14 εἰρήσεται
Antiphon	1	2	—	
Andocides	1	2	—	
Lysias	7	6	—	
Isocrates	7*	6	—	*6 εἰρήσεται
Demosthenes	18*	27	—	*11 εἰρήσεται
Aristoteles	2	109	—	

Qua ex tabula cognoscitur pro simplicibus futuris tertiis, quae apud poetas valde viguerunt, a prosaicis magis magisque circumscripta usurpata esse, quae apud Xenophontem, Demosthenem, praecipue autem Aristotelem simplicium numerum longe superant.

Etiam magis simplicium perfecti futurorum usus Hellenisticis temporibus remissus est. Etsi pauciorum huius aetatis auctorum libros ipse perspexi quam ut iure hanc legem statuam, tamen subvenerunt mihi nonnullae disputationes sententiam meam confirmantes librique grammatici et lexica, quae ex Romanis temporibus saepius futura III afferentia vix ullum praebent aetatis Hellenisticae. Poetarum tamen, qui saepe Atticorum vestigia subsecuti sunt, opera perfecti

futuris non prorsus vacua esse nemini erit mirum. Quae cognovi exempla hic afferantur: Archestratus Syrac. usurpavit μεμνήσομαι III 1 ed. Ribbek. Lycophro ex Homero prompsit πεφήσεται Al. v. 840 et circumscriptionem adhibuit ἔσται ἐστεναγμένος v. 411. Callimachus praebet ἑστήξειν Apoll. 15; κεκλήσεται Del. 269; πεφιλήσεται 270; secundum Diltheyum Cyd. 85 etiam τεθνήξοντος, quod Suidas s. v. ἐπέσειεν tradidit, fortasse Callimacho tribuendum est. Apud Theocritum leguntur: γεγράψεται id. XVIII 47; κεκλήσεαι XXII 71; -εθ'(αι) 69; -εται XXIV 82 (84); κεχρήσετ'(αι) XVI 73 (vide infra).

In id. XVI 73 codices exhibent: ἔσσεται οὗτος ἀνήρ, ὃς ἐμοῦ κεχρήσετ' ἀοιδοῦ. Bergkius scribi voluit: κεχαρήσετ' ἀοιδῇ. Optimum autem est: *qui mei cantoris indigebit.* Perfectum κέχρημαι significans *indigeo* apud poetas non rarum est, ut Il. τ 262; Od. α 13; alibi.

Apud Apollonium Rhodium invenitur λελείψομαι Arg. I 285. In Euphorionis fragmento 126 ed. Scheidweiler (48 Meineke) (apud schol. ad Eur. Phoen. 688) Cobetus coniecit ὀπωπήσεσθαι (cf. p. 17). Apud Moschum cognovi unum circumscriptum πεπυκασμένος ἔσσεαι id. III 107. Maximus astrologus, quem Hellenistica aetate vixisse veri simile est[1]), Homeri κεχαρήσεται imitatus est de ausp. 243 alterumque futurum III novavit κεκορήσεται 117, quod Ludwichius mutavit in κεχολώσεται.

De ausp. 117 vulgata est lectio: ἐπεὶ μογεροῦ βιότοιο αὐτή τ' ἠδὲ πόσις κεκορήσεται ἤματα πάντα. Ludwichius κεχολώσεται scribi iubet, „*quamvis propius ad vulgatam accedat* κεκαδήσεται." Revocandum censeo κεκορήσεται *satietas* sive *taedium vitae tenebit.* Cf. Il. ν 365 φυλόπιδος κορέσασθαι; Od. ψ 350 κεκορήμεθ' ἀέθλων.

Meleager πεπράσεται usurpavit Anthol. Pal. V 178, 7. In vetustissima Oraculorum Sibyllinorum parte, III 97—828, quae ab Iudaeo quodam Alexandrino composita est[2]), exstant δεδέξεται III 351; δεδομήσετ'(αι) 384; κεκλήσῃ 321; κεχολώσεται 765.

---

[1]) Cf. Christ, Gesch. d. gr. Lit.⁴ p. 654.

[2]) Cf. Christ, Gesch. d. gr. Lit.⁴ p. 823.

In prosa Hellenistica futura III omnino fere deesse videntur. Tamen iure, ut arbitror, Usener in Epicuri eth. 501 p. 312_3 coniecit λελύσεσθαι (cf. p. 39 adn. 1), ad quod unum circumscriptum accedit ἀνῃρηκὼς ἔσῃ sent. XXIV p. 77_1 Us. Teles simplex repudiavit, adhibuit autem duas circumscriptiones: βεβιωκὼς ἔσται p. 51_3 Hense² et κατακεκλεισμένος ἔσῃ p. 4_{13} H.[1]. Polybius et Aristeas, quos ipse perscrutatus sum, ne circumscripta quidem futura III usurpaverunt. Ut affirmat Croenertus[2], Agatharchides quoque, Apollonius Citiensis, Geminus hoc tempus plane aspernati sunt. Etiam Philodemi scripta simplicibus perfecti futuris vacant (nam quae antea legebantur κεκόψεται et μεμνήσεσθαι, falsae sunt lectiones[3]); circumscripta habet tria: δεδειχὼς ἔσται rhet. I 7 col. IV_7 ed. Sudh.; διημαρ[τ]ημένοι ἔσονται rhet. I 8_{37}; ἔσεσθαι πεπεισμένον rhet. I 268_{17}. In Septuaginta futura III non exstant praeter κεκράξομαι, pro quo primum futurum non formabatur. Illud autem saepissime occurrit (quinquagies fere), ut Mich. III 4 et Iob. XXXV 12 κεκράξονται[4]. Desunt futura III in inscriptionibus Pergamenis[5], quemadmodum Magneticis videntur ignota esse (Nachmansonus saltem in accuratissima de iis dissertatione grammatica[6]) nullum commemorat). Unum autem simplex perfecti futurum praebent tituli Aegyptiaci παρεστήξεται[7]) in lapide Rosettano CIG 4697_{39} (= Dittenberger, Orientis

---

[1]) Cf. H. Mueller, De Teletis elocutione, Friburg. 1891 p. 5.

[2]) Croenert, Memoria Graeca Hercul., Lips. 1903 p. 211 adn. 1.

[3]) Cf. Croenert l. l. p. 211.

[4]) Cf. Helbing, Gr. der Septuag. 1907 p. 91.

[5]) Cf. Schweizer, Gr. der pergam. Inschr. 1898 p. 188 adn. 2.

[6]) Nachmanson, Laute und Formen der magnet. Inschr. Upsala 1903.

[7]) Cf. Mayser, Gr. der gr. Papyr. aus der Ptolemaeerzt., 1906, p. 377 adn. 2. — Strackius, Dyn. der Ptol. p. 234 legi iubet παραστήξεται ex posteriore praesenti στήκω derivatum. Sed etiamsi pauca futura III in Hellenisticam aetatem transmigraverunt, tamen ἑστήξω sive ἑστήξομαι antea usitatissimum, quod etiam Aristoteles perfecti futurorum minime amans (cf. p. 75) usurpavit, non plane evanuisse consentaneum est. Quare παρεστήξεται servandum censeo.

Gr. inscriptiones sel. 90) et ibidem circumscriptum κατεσκευασμένα ἔσται (186[a]). „*Aegyptiorum papyris illa* (sc. simplicia) *penitus sunt ignota* (*nam istos magicorum libellos*[1]) *iure omittas*), *in quibus tamen saepissime legitur* ἔσομαι βεβοηθημένος, ἔσομαι τετευχώς“[2]). Haud pauca circumscripta futura III Mayser l. l. p. 377 ex papyris protulit, unde afferre possum: The Tebtunis Pap. I ed. Grenfell, Hunt and Smyly, Lond. 1902, LVI 16 (260[a]) ἔσῃ κεχαρισμένος; The Flinders Petrie Pap. II ed. Mahaffy, Dublin 1893, XXXII 1 p. 108 (238[a]) ἔσομαι τετευχώς; XXXII 2 b p. 111 (238[a]) ἐσόμεθα τετευχότες; Pap. Louvre (Extraits des Manuscrits de la bibliothèque impériale XVIII 2) XXXV 38 (163[a]): XIII 30 (157[a]); XV 33 (120[a]) ἔσομαι τετευχώς; VIII 23 (129[a]) ἔσομαι τετευχυῖα; XIV 50 (127[a]) ἔσομαι βεβοηθημένος; XLII 13 ἔσει κεχαρισμένος; Pap. Lond. (Greek Pap. in the Brit. Mus. ed. Kenyon) I p. 38_{32} (158[a]) ἔσομαι ἐσχηκώς; Pap. Graeci Regii Taurin. Musei Aegypt. ed. Amad. Peyron III 50 (130[a]) ἔσομαι βεβοηθημένος; Fayûm towns and their pap. by Grenfell, Hunt and Hogarth, Lond. 1900, XI 34 (post 115[a]) ἔσομαι βεβοηθημένος; XII 34 (103[a]) ἔσομαι ἀντειλημμένος. Quae omnia inveniuntur in exitu epistularum plerumque antecedentibus verbis τούτου δὲ γενομένου (τούτων δὲ γενομένων), ut Pap. Louvre XIII 30: Τούτου δὲ γενομένου ἔσομαι τετευχὼς τῶν δικαίων.

Vidimus igitur apud plurimos Hellenisticae aetatis prosaicos simplicia futura tertia deesse. Vix multo plura exstent quam quae commemoravimus (λελύσεσθαι apud Epicurum coniectatum, κεκράξομαι in Septuaginta, παρεστήξεται in lapide Rosettano), unde sequitur perfecti futura a Κοινῇ fere aliena fuisse. Quae causa erat, cur veteres grammatici haec futura etiam „*Attica*“ dicerent (cf. p. 2 adn. 3).

---

[1]) Exstant enim in magic. papyro Lond. ed. Kenyon 1893 p. 73 vs. 259 κεκράξομαι et in altera, quam edidit Wessely, Denkschr. d. Kais. Ak. der Wiss., Wien 1888 p. 63 vs. 728 ἑστήξεις certo ex ἑστήκεις correctum.

[2]) Croenert l. l. Cf. Wilamowitz, Ein Weihgeschenk des Eratosth., Gött. gel. Anz. 1894 p. 23.

Romanis temporibus usus futuri tertii denuo magis ac magis crescit, imprimis apud eos scriptores, qui Atticorum elegantiam petunt. Ac primum quidem quae ex satis raris poeticis huius aetatis libris cognovi futura tertia affero: Lucilius in Anthol. Pal. XI 76,4 et Antiphanes ibid. XI 168,5 praebent τεθνήξῃ, quod idem usurpavit Babrius myth. XXVII 6ª. In Oraculorum Sibyllinorum libro V, qui inde a versu L imperatore Commodo scriptus est[1]), exstat πεπαύσεται vs. 380. In libris incertae aetatis[1]) primo legitur μεμελημένη ἔσται vs. 286, octavo πεποθημένον ἔσται vs. 428. Ps.-Manetho in ea parte apotelesmaticon, quae orta est imperatoribus Severis[2]), bis μεμνήσομαι adhibuit II 17 et VI 739. In Orphei Lithicis videmus λελείψεσθαι 452 (446) et τετανύσσεται 324 (319), qua de forma vide p. 16. Quintus Smyrnaeus habet κεκλήσομαι XIV 434 et Homericum illud κεχαρήσεται XI 139. Nonnus saepissime usurpavit Homericum δεδέξομαι[3]) paraphr. VI 153; -εται Dion. III 115; VII 99; X 94; XII 241; XIII 23; XX 237; XXVII 46; XLII 397; XLIII 433; XLVI 262; praeterea μεμνήσομαι Dion. IV 194 formasque circumscriptas: τετριμμένον ἔσται paraphr. XIX 188; ἔσται πεφιλημένος XIV 81; πεφυλαγμένον ἔσται XIII 39. Identidem usus est perfecti futuris Gregorius Naz. in carminibus: τεθνήξῃ c. iamb. XIX 153; τεθνήξεται V 3; κεκλήσεται c. mor. II 488; λελέξεται c. iamb. II 75; XIX 115; λελείψεται XIX 73; XXI 251; λελείψονται XXII 356; μεμνήσομαι XVIII 214; XXI 260; μεμνήσεται XIII 211. In excerpto Theosophiae, quod imperatore Zenone (474—491) ab anonymo scriptore christiano compositum est[4]), exstat λελείψεται § 16 ed. Buresch, Klaros p. 99_{11}. Sub finem denique aetatis Romanae Rufinus adhibuit δεδέξεται in Anthol. Pal. V 9,7.

Melius quam ex libris poeticis (ne Alexandrinae quidem aetatis poetae futura III repudiaverunt) perfecti futurorum usum Romanis temporibus valde reviviscere ex prosaicis

---

[1]) Cf. Christ, Gesch. d. gr. Lit.[4] p. 823.
[2]) Cf. Christ l. l. p. 654.
[3]) Cf. Lehrs, Quaestiones epicae p. 329.
[4]) Cf. Christ l. l. p. 951.

cognosces. Namque ut aetate Hellenistica prosae orationis opera haec futura plane fere ignorant (cf. p. 79 s.), ita sub imperatoribus plurimi cuiuslibet generis scriptores multo saepius usurpaverunt quam veteres Attici. Nullumdum exemplum praebet Diodorus Siculus, quod, cum sermo eius vigore et alacritate careat[1]), non mirum est. Item Strabo, quem ut Polybium vulgari sermone usum esse scimus[2]), futura tertia omnino aspernatus est[3]), nisi IV p. 177 ed. Kramer Xylander iure εἰρήσεται coniecit.

Codices praebent: ἔχει δέ τι πλεονέκτημα ὁ Ῥοδανός· καὶ γὰρ πολλαχόθεν ἐστὶ σύρρους, ὥσπερ εἴρηται, καὶ συνάπτει πρὸς τὴν ἡμετέραν θάλατταν κρείττω τῆς ἐκτὸς οὖσαν. Quem ad locum Kramer adnotat: „*Quae post* σύρρους *in codd. leguntur* ὥσπερ εἴρηται *cum ferri nequeant, Xylander mutanda esse censuit in* ὥσπερ εἰρήσεται *Groskurdio probante, qui conferri iubet p. 189. Multo probabilius atque opinor verissime ea verba post* οὖσαν *collocavit Coraes*". Quem immutatum verborum ordinem probat Meinekius. Mihi quidem ordinem invertere dubium videtur, quare, nisi forte Strabonem de iis, quae verbis ὥσπερ εἴρηται antecedunt, iam antea se disseruisse per errorem putavisse statuis, cum Xylandro εἰρήσεται corrigendum censeo.

Testamentum quoque Novum simplicia quidem perfecti futura plane fere ignorat. Nam pro κεκράξονται, quod nonnulli editores Luc. XIX 40 receperunt, melius confirmatum est κράξουσιν[4]). Interdum autem occurrunt circumscripta, ut πεποιθὼς ἔσομαι Hebr. II 13; δεδεμένον et λελυμένον ἔσται Matth. XVI 19; δεδεμένα et λελυμένα ἔσται XVIII 18; διαμεμερισμένοι ἔσονται Luc. XII 52. Sed iam Dionysius Hal. futura tertia commendat ad elegantiam amplificandam de comp. verb. VI 43: ὅ τε ἐχωροφίλησε λέγων τὸ ἐφιλοχώρησε καὶ λελύσεται τὸ λυθήσεται καὶ τοιαυτότροπα μετασκευάζει τὰς λέξεις, ἵν' αὐτῷ

---

[1]) Cf. Christ l. l. p. 658.

[2]) Cf. Schmid, Att. IV 729.

[3]) Quod benigne mecum communicavit commilito Augustus Glatzel.

[4]) Κράξουσιν ℵ BL, pro -ονται D, κεκράξονται A al.; cf. Blass, Gramm. des neutest. Griechisch, 1896 p. 36 adn. 1.

γένοιντο ἁρμοσθῆναι καλλίους καὶ ἐπιτηδειότεραι. Ipse usurpavit εἰρήσεται rhet. I 150_5; 187_9; 352_{23} Usen. et Raderm.; λελείψομαι ant. Rom. IX 45,2; -εσθαι rhet. I 394_3 Us. et R.; διαπεπράξεται ant. Rom. VIII 1,3; συντετελεσμένον ἔσται de comp. verb. XXV 200. (De repellenda coniectura ἀφῃρήσομαι de comp. verb. VI 43 vide p. 8). Onasander adhibuit τεθνήξεται strateg. XXXIII 3; -ονται XXXII 7; -εσθαι XLII 19; ἑστήξονται XXI 6. Apud Iosephum saepissime perfecti τέθνηκα futurum legitur: τεθνήξομαι bell. Iud. III 382; -ῃ ant. Iud. VII 265; IX 26; bell. Iud. III 359; -εται ant. Iud. VIII 403; IX 90; 101; -όμεθα ant. Iud. II 148; XVIII 271; -εσθαι ant. Iud. II 33; VII 152; VIII 14; 408; XIII 312; XVII 175; XVIII 125; bell. Iud. I 523; -όμενος ant. Iud. VII 266; XIX 124; bell. Iud. I 579; -ομένου bell. Iud. III 390; -ομένῳ ant. Iud. IV 320; -ομένῃ V 265; -όμενον ant. Iud. II 151; VI 195; -όμενοι bell. Iud. V 126; -ομένους ant. Iud. V 350; bell. Iud. V 426; rarius alia, ut ἐφεστηξομένου ant. Iud. XVIII 203; καταλελείψεσθαι XVII 163; πεπραξόμενα XVIII 186. Commemoratu est dignum Iosephum infinitivos et participia futuri tertii, quae veteres scriptores rarissime praebent, permulta usurpasse. Minus dilectum erat perfecti futurum Dioni Chrysostomo, apud quem paucis locis exstat εἰρήσεται[1]), ut II 88_{10} Dind. In vigore autem fuit apud Plutarchum, cuius in scriptis inveniuntur: δεδείξεται defect. orac. 12 (416 C); εἰρήσεται Thes. 29,13; de glor. Athen. 1 (345 C); τεθνήξεται Galb. 23,4; de commun. notit. 42 (1082 B); -ονται Brut. 29,4; -όμενος Caes. 34,3; de Herod. malign. 31 (865 D); -όμενοι 32 (866 A); -ομένους (866 B); [forma Dorica τεθναξοῦμαι apopthegm. Lac. Brasid. 3 (219 D)]; κεκράξεσθε Phoc. 9; μεμνήσεται Artax. 13; πεπαύσεσθαι Crass. 15; πεπλήξεσθαι de gen. Socr. 31 (597 B). Epictetus praebet τεθνήξομαι dissert. I 1,32. In fabula Nini legitur πεπαύσομαι B III 36 (Herm. XXVIII

---

1) Cf. Schmid, Att. I 95.

p. 177). Rufus medicus Hippocraticum illud βεβλάψεται imitatus est περὶ διαίτης B apud Oribas. coll. med. V 11 t. I 358_6 Bussem. Apud Apollonium Dyscolum identidem reperiuntur δεδείξεται p. 35_{12}; 40_6; 56_1; 68_1; 135_1; 202_9; 435_8; 451_4; ἐπι- 6_{11}; εἰρήσεται 57_9; 285_5; εἰρησόμενος 132_{10}; προτετάξονται 449_5; συντετάξεται 449_9 Uhlig. Polemo autem futura III repudiavit praeter unum εἰρήσεται in Call. 42 [1]). Neque Arriano videntur dilecta fuisse: in anabasi quidem ἀναγεγράψεται V 5,1 unicum exemplum est. Plura ex Appiano cognovi: ἐγγεγράψεται bell. civ. IV 11; τεθνήξεσθαι Syr. 11; bell. civ. II 153; λελέξεται III 15; 52; ἀπολελείψονται II 37; διαπεπράσεται III 17; -εσθαι I 8. Artemidorus Dald. frequentissime usurpavit τεθνήξεται onir. I 47; 50 bis; 51; 56; 67; 76; 79 bis; III 13; 46; IV 55 (= I 67); -ονται I 33; II 29; III 13; -εσθαι IV 83. Tatianus apologeta exhibet τεθνήξομαι ad Graec. 4, κεκτήσεται 20. Usitatissimum erat perfecti futurum Luciano, qui Atticismi studiosus non modo plurima veterum futura III in usum recepit, sed etiam complura novavit [2]): γεγράψεται im. 15; ἀναγεγράψῃ Char. 24; δεδήσεται cat. 13; -όμενον Tox. 35; εἰρήσεται Tim. 26; dial. mar. 4,1; 13,1; dial. mort. 1,3; Hermot. 50; hist. conscr. 51; Icar. 13; Anach. 16; 40; τεθάψεται dial. mar. 9,1; τεθνήξομαι [Luc.] sive asin. 33; -εται dial. mort. 6,2; Char. 17; tyrann. 6; Iup. conf. 12; pisc. 10; Peregr. 25; -εσθαι dial. mort. 6,4; 7,1; Char. 8; -όμενος epigr. in Anthol. Pal. X 26,1; -ομένῳ de merc. cond. 31; -όμενον tyr. 18; -ομένων philops. 25; προτεθνήξεται dial. mort. 6,5; παρεστήξῃ imag. 14; κεκλήσομαι dial. deor. 22,1; περιλελείψομαι cat. 18; μεμνησομέῳ Char. 1; -ων pro imag. 9; πεπαύσεται rhet. pr. 26; pisc. 45; πεπράξεται dial. deor. 20,11; dial. mar. 10,1; asin. 39; τετάξῃ dial. deor. 4,4; -εται nav. 31; ἀποτετμήσεται Tox. 62. Novata sunt: δεδικάσονται bis accus. 14; ἐρρίψεται de merc. cond. 17; τετρώσῃ nav. 37. Circumscripta duo ex

[1]) Cf. Schmid, Att. I 50.

[2]) Plurima futura III eorum scriptorum, qui Atticismo studebant, debeo W. Schmidio, Der Atticismus I—IV.

libris eius novi: ἔσῃ πεπονθώς imag. 14; ἔσῃ πεπλευκώς dial. mort. 22,1.

Neque Aristidi, alteri sermonis Attici imitatori, futura III sunt ignota. Ut veteres oratores saepe εἰρήσεται adhibuit: XXVI t. II 101_{26} K (XIV t. I 136_{12} D); XXVIII t. II 177_{17} K (XLIX t. II 528_5 D); 183_{19} K (534_{20} D); XXXIII t. II 228_{12} K (LI t. II 572_7 D); 229_2 K (572_{26} D); 236_{15} K (583_2 D); XXXV t. II 254_6 K (IX t. I 99_{14} D); XXXVI t. II 264_{10} K (XLVIII t. II 437_4 D); L t. II 441_{26} K (XXVI t. I 521_6 D); XIII t. I 253_6 D; 281_{21} D; XLV t. II 9_{20} D; XLVI t. II 204_8 D; 308_{10} D; 366_{13} D; -ονται XXXIII 3 K; praeterea δεδήσεται XLI t. II 331_{26} K (IV t. I 49_{18} D); ἑστήξει XXV t. II 83_{19} K (XLIII t. I 813_{11} D); -ειν XXXIII t. I 612_8 D; καθεστήξει XXX t. II 206_6 K (X t. I 119_8 D); XXIX t. I 566_{19} D; συνεστήξομεν XXXV t. I 673_3 D; συμπαρεστήξομεν L t. II 436_{26} K (XXVI t. I 515_4 D); κεκλείσεται XXX t. I 579_{28} D; καταλελήψεται LIV t. II 677_9 D; πεπράξομένου L t. II 449_{16} K (XXVI t. I 530_{14} D); ἐσκέψεται XXXVII t. I 703_3 D (cf. p. 13). Libenter etiam Galenus illis futuris usus est, qui ut Rufus ex Hippocrate deprompsit βεβλάψονται III 72_{15} K neque alia repudiavit, ut δεδείξεται III 419_3; 681_{16}; IX 816_4; λελέξεται V 194_{18}; μεμνήσομαι IV 801_8; τετάξεται VI 846_9; 864_{12}; $867_{9;12}$; ἐψεύσεται XV 137_6 (cf. p. 14); saepissime autem usurpavit εἰρήσεται I 319_{13}; 332_{11}; 341_{14}; 355_1; 571_6; 604_{13}; 610_3; 667_5; IV 747_{18}; V 339_3; 361_{15}; 475_3; 576_2; VI 69_6; 77_{10}; 91_{17}; 100_{14}; 139_1; 143_{15}; 152_6; 185_{10}; 225_2; 227_{16}; 249_{11}; 410_{16}; 493_{13}; IX 144_9; -όμενον IV 801_9; -ομένων IV 744_{10}; VI 126_5; -ομένοις XV 18_9. Deesse tamen videtur apud eum γεγράψεται, quod in scriptis Hippocraticis frequentissime invenitur (cf. p. 73). Hoc adhibuit Aretaeus de cur. ac. morb. II 6; λελέξεται praebet de caus. ac. morb. II 6; 10. Ex Hermogene cognovi εἰρήσεται de stat. III 5_{18} Walz; τεθνήξονται de inv. II 7 ed. Walz III 94_3; λελέξεται de stat. III 27_5 Walz; μεμνησόμεθα de inv. IV 9 ed. Walz III 174_{21}. Apud Marc. Aurelium Anton. non raro legimus τεθνήξῃ IV 37; 47; -εσθε IV 6; VII 22; -όμενος II 14; -ομένων III 10 nec non

παρεστήξονται X 36; μεμνησόμενοι III 19; πεπαύσεται XI 16. Sextus Empiricus comicum illud κεκράξονται exhibet adv. math. XI 55 et πεπαύσονται adv. log. II 184. Pausanias Periegeta ne unum quidem exemplum praebet. Polyaenus usurpavit τεθνήξομαι V 2,22; -όμενος V 15,15. Aelianus prae ceteris dilexit εἰρήσεται, cuius futuri Schmidius, Att. III 72 non minus 20 exempla collegit: var. hist. II 20; hist. an. V 1; VI 3; 15; 54; VIII 17; 25; 26; IX 29; X 36; 43; 50; XI 10; 14; 20; XII 32; XIII 12; XIV 4; XVI 24; -όμενον XVI 36; praeterea exstant apud eum τεθνήξεται hist. an. IV 1; V 29; var. hist. VII 18; -εσθαι hist. an. XI 34; -όμενον II 46; -όμενοι var. hist. XII 29; ἑστήξεται hist. an. I 36; λελέξεται XV 9; πεπαύσεται fr. 103. Cassius Dio ab omnibus fere huius aetatis scriptoribus, qui, ut ex Luciani Pseudosoph. 7 intelleximus, consilio adhibebant τεθνήξομαι (cf. p. 20,2), digressus identidem activi formam usurpavit τεθνήξοι LVIII 27,3; -ειν LI 13,3; -οντος LXXVIII 32,4; -οντα LVIII 6,5; γεγράψεται reperitur LXXII 23,5; λελέξεται LXXV 12,1; καταλελείψεται LXXIV 9,3 (vide infra).

LXXIV 9,3 libris exhibetur: καὶ γὰρ εἰ τὰ μάλιστα μήτε δίκῃ μήτ' ἀποφάσει τινὶ ἁλώσῃ, ἀλλὰ τῇ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις φήμῃ, ἧς ἐς αἴδιον μνήμη καταλείψεται, δόξεις.. ἐγκαλεῖν. Cassium Dionem verbis ἧς — καταλείψεται Thuc. II 64, 3 ἧς ἐς αἴδιον.. μνήμη καταλελείψεται imitari apertum est. Futurum igitur tertium Cassio quoque reddendum censeo, quem, cum perfecti futura non repudiaverit, Thucydidem imitatum καταλελείψεται ad sententiam multo aptius primo futuro recepisse veri puto simillimum.

Ex Longo promptum habeo τεθνήξομαι past. I 29; -εται IV 29, ex Alciphrone δεδήσεται ep. II 21, 3 ed. Schepers; -ονται ep. III 26,4; κεκλήσομαι ep. III 13,3; πεπαύσῃ ep. IV 9,3. Dilectissima erant futura III Philostrato maiori, qui permultorum verborum perfecti futura formavit: βεβλήσονται Her. p. 154_{27} Kayser; διαβεβλήσῃ Ap. Tyan. p. 282_{15}; -εται p. 3_{3}; -όμενον p. 225_{25}; ἐμβεβλήσεται im. I 26 p. 331_{25}; παραβεβλήσεται Ap. Tyan. p. 193_{14}; γεγράψῃ Ap. Tyan. p. 193_{11}; -εται p. 159_{19}; 245_{10}; ἀναγεγράψονται p. 38_{21}; εἰρήσεται Ap. Tyan. p. 134_{2}; 185_{14}; 195_{13}; 223_{3}; 309_{16}; epist. p. 231_{22};

προσειρήσει Ap. Tyan. p. 198_9; -εται p. 155_{32}; τεθνηξομένῳ Ap. Tyan. p. 286_2; ἑστήξεις Ap. Tyan. p. 193_{12}; -ει p. 129_{19}; 141_1; 265_3; dial. p. 259_{17}; -ουσι Her. p. 129_{21}; im. II 13 p. 359_{30}; Ap. Tyan. p. 231_{16}; ἐφεστήξει gymn. p. 152_5 Jüthn. (273_{18} K); ὑπερκεκράξεται im. I 28 p. 335_{32} K; κεκτήσῃ Ap. Tyan. p. 248_{29}; λελήσῃ im. II 17 p. 363_{26}; μεμνήσεται im. II 10 p. 357_5; πεπλήξεται im. II 13 p. 359_{15}; -ομένου Ap. Tyan. p. 200_{27}; πεπράξεται Ap. Tyan. p. 190_{25}; -εσθαι p. 161_{28} bis; τετμήσεται Ap. Tyan. p. 143_{10}; -εσθαι p. 143_{30} bis; 170_{21} bis; ξυντετμήσονται p. 272_{18}. Philostrati minoris unum cognovi ἀποβεβλήσεται im. prooem. p. 391_{25} K. Phrynichus ille Atticista ἀναγεγράψεται usurpavit epit. p. 285 Lob. A Moeride s. v. commendantur δεδήσεται, κεκλείσεται, πεπαύσεται, πεπράσομαι, -ῃ, -εται pro *hellenisticis* formis δεθήσεται etc. (cf. p. 32). Dositheus usurpavit τεθνήξεται enarr. bell. Troi. 19 ed. O. Jahn, Gr. Bilderchr. p. 108. Aristides Quintil. λελέξεται adhibuit de mus. III 9; Xenophon Ephes. τεθνήξομαι II 1; 8; -εσθαι I 5; Achilles Tatius τεθνήξῃ IV 1. Plura perfecti futura in promptu mihi sunt Heliodori: βεβλήσῃ Aeth. II 13; τεθνήξεται VIII 8; -όμενον I 13; -ομένους VIII 14; πεπράξεται VII 23. Neque desunt apud Diogenem Laertium: τεθνήξεσθαι IX 7, 11; -όμενος II 3, 9; καταλελείψεται VII 7, 3; ex Pisistrato citat ἐπιτετράψεται I 2, 6. Porphyrius finxit πεπλήσονται de abst. I 16, quod alibi videtur nusquam reperiri. Ex Hermete Trismeg. Stobaeus nobis servavit τεθνήξῃ ecl. phys. I 41. Summis in deliciis erant futura III Libanio, quo vix unus scriptor plura usurpavit. Omnia fere paulo usitatiora perfecti futura usu recepit. Leguntur enim in operibus eius: διαβεβλήσεσθε VI 274_{16} F (vide infra); γεγράψεται VI 327_2 F; -ονται V 339_{14} F; εἰρήσεται I 250_{10} F; 255_{15} F; 450_{18} F; 455_9 F; 519_{10} F; II 72_{10} F; 464_{14} F; III 23_7 F; IV 126_{11} F; 278_3 F; V 402_7 F; 463_{18} F; τεθνήξων III 463_2 F (cf. p. 21 adn. 1): τεθνήξομαι V 527_3 F; IV 480_{17} R; 632_{25} R; 633_{12} R; 653_{20} R; -ῃ IV 627_{27} R; -εται III 65_4 F; IV 495_{30} R; -ονται IV 1126_{12} R; -όμενος V 136_{16} F; 140_9 F; -ομένων V 133_{17} F; 134_{15} F: ἑστήξει II 144_{12} F (vide infra); IV 699_{20} R; -ειν II 144_{13} F;

-ουσα II 304_{14} F; καθεστήξομεν IV 631_{9} R; ἑστήξῃ IV 618_{2} R (vide infra); κεκλήσονται IV 217_{11} F; -εσθαι 74_{2} F; κεκλείσεται II 142_{11} F; -εσθαι 262_{3} F; ἀποκεκλείσομαι IV 595_{20} R; -εται IV 290_{11} F; ἐκκεκόψεται IV 798_{9} R; κεκτήσῃ II 532_{13} F; λελείψῃ IV 69_{3} F (vide infra); -εσθαι ep. 923; μεμνήσομαι IV 20_{20} F; IV 580_{18} R; ep. 785; -ῃ I 535_{3} F; ep. 44; 781; -εται IV 907_{18} R; 1037_{18} R; -εσθε ep. 581; -ονται II 99_{20} F; V 268_{7} F; IV 235_{11} R; -εσθαι V 460_{5} F (cf. p. 40,1); ep. 26; πεπαύσεται II 421_{2} F; πεπεισόμενον IV 54_{12} F; πεπράσεσθαι I 95_{14} F; πεπλήξεται IV 46_{2} F; -όμενον II 404_{19} F; πεπράξεται IV 234_{15} R; -εσθαι 735_{1} R; τετάξεται IV 816_{23} R; -εσθαι IV 443_{11} F; -όμενος II 76_{7} F; παρατετάξεται V 258_{8} F; ἀποτετμήσονται II 287_{9} F. Neque circumscriptas formas respuit: κεκοινωνηκὼς et λελυκὼς ἔσῃ IV 113_{3} F; εἰληφὼς ἔσται II 405_{6} F; εἰληφότες ἔσεσθαι II 13_{18} F; ὡμολογηκότες ἔσεσθε V 420_{2} F; ἔσῃ πεπληρωκὼς ep. 71; ἔσῃ τετιμηκὼς ep. 1055; ἔσῃ βεβουλευμένος IV 110_{5} F; ἔσται κεχαρισμένον IV 766_{14} R; ἔσεσθε κεχαρισμένοι VI 376_{2} F; etiam participii aoristi cum ἔσομαι coniuncti, quae est rarissima structura (cf. p. 23), unum exemplum praebet: λαβὼν ἔσομαι V 331_{13} F.

VI 274_{16} F in codicibus exstat: πολλοὺς μὲν παραβήσεσθε νόμους — ἕτερον δὲ διαβέβλησθε. Foerster cum Gasda et Cobeto (Coll. crit. p. 286) recte restituit, quod sententia postulat, διαβεβλήσεσθε.

II 144_{12} F libri exhibent: ἐγὼ μὲν γὰρ ἕως ὁ παρὼν . . ἑστήκει κόσμος, καὶ τὴν . . ἔχθραν ἀθάνατον ἑστήξειν ἡγοῦμαι τῇ πόλει. Reiskius ἑστήκει sine dubio vitiosum iure mutavit in ἑστήξει.

Etsi quinquies apud Libanium activum ἑστήξω legimus, codices IV 618_{2} R ἑστήξῃ praebent, quod in ἑστήξεις mutare non ausim. Fieri enim potuisse censeo, ut Libanius per analogiam futuri τεθνήξομαι, quod iterum ac saepius adhibuit, hic formaret ἑστήξῃ, quam formam ne alii quidem recentiores scriptores ignorant, ut Aelianus, Lucianus, Choricius. Observandum est iuxta frequentius τεθνήξομαι semel eum τεθνήξων posuisse, cf. p. 21 adn. 1.

Optime Foerster IV 69_{3} F ex marg. γρ reposuit λελείψῃ, ubi antea legebatur: ἄγε ὅπως ὡς πλεῖστα φάγῃς, ἄγε ὅπως προσθήσεις ταῖς σαρξὶν εἰς κόρον, ἄγε ὅπως μηδὲν ἐπιλείψῃ τῶν ἐπὶ μεγέθει γαστρὸς φιλοτιμουμένων.

Sentententiae enim ἐπιλείψῃ plane non convenit. Ad confirmandum λελείψῃ Foerster conferri iubet ep. 923 λελείψεσθαι.

Themistius ἀποκεκλείσεται usurpavit XV 185 d, Iulianus εἰρήσεται fragm. epist. 298 A; 304 A; ἀπολελείψομαι or. VIII 248 D. Ex Aristaeneti epistulis τεθνήξεται cognovi ep. II 1. Plura futura III ex Synesio afferre possum, cuius in orationibus leguntur κεκρύψεται III 8; ἀνεώξεται V 8; in epistulis διαγεγράψεται ep. 154 p. 737_{11} Herch.; δεδήσεται ep. 32 p. 654_{19}; ep. 44 p. 659_{10}; τεθνήξονται ep. 79 p. 688_{39}; -οίμην ep. 4 p. 642_{30}; τετάξεται ep. 58 p. 671_{50}; [τεθνάξονται ep. 113 p. 709_{23}; -όμενοι 709_{22} formas Synesius non ut suas, sed ut Laconicas praebet [1])], haeque circumscriptiones: πεποιηκὼς ἔσῃ ep. 21 p. 651_{13}; ep. 67 p. 681_{13}; ep. 119 p. 710_{44}; κεχαρισμένος ἔσῃ ep. 21 p. 651_{13}; plane autem deest εἰρήσεται apud imitatores sermonis Attici usitatissimum [2]). Neque Eunapius pro florido suo sermone perfecti futura ignorat: λελέξεται vit. soph. p. 52_{26} Boisson.; ἀποπεπνίξεσθαι p. 24_{12}; πεπράξεται p. 13_{19}; 15_{9}. Ex Ioanne Chrysostomo cognitum habeo μεμνήσονται ad. pop. ant. homil. XXI t. II p. 223 B Montf., ex Nemesio τεθνήξεται de nat. hom. II p. 74_{4} ed. Matthaei. Choricius praebet ἑστήξομαι p. 138_{7} Boisson., cuius discipulus Procopius Gaz. futura III non usurpavit nisi semel εἰρήσεται ep. XV 63 [3]). Zosimus exeuntis aetatis Romanae scriptor historicus adhibuit εἰρήσεται III 2,4; τεθνήξεται III 1,3. Qui eodem fere tempore videntur vixisse scholiastae Hermogenis habent Syrianus εἰρήσεται schol. in. stat. IV 263_{33}; πεφωράσῃ 323_{10} Walz; Sopater δεδυνήσεται VIII 97_{24} Walz; τεθνήξεται schol. in art. V 89_{15}; λελέξεται 113_{3}. Etiam complura scripta non satis certae aetatis futura III praebent, ut [Apollod.] bibl. III 2,1 τεθνήξεσθαι; Socraticor. epist. (Aeschin. ad. Xen.) XIV 6 Herch. τεθνήξοιτο; [Phalar.] epist. 19 Herch. πεπληρώσεται; Asclepiod. tact. 2,4 κεκλήσονται; 9 -εται; Pempel. in Stob. flor. 79,52 πεπάσεται. Denique nolumus omittere Hesychium s. v. πεφήσεαι per

[1]) Incertas iudicat eas Fritzius, Die Briefe des Bischofs Syn. v. Kyr. 1898 p. 96.

[2]) Cf. Fritz l. l. p. 101.

[3]) Cf. W. Schmid, Bursians Jahresber. 129 p. 284.

τεθνήξεις; ἀπηλλάξει per ἀπηλλαγμένος ἔσῃ (cf. p. 9); δεδέξομαι per δέξομαι; ἑστήξεται per σταθήσεται; λελέξεται per λεχθήσεται: τετεύξεται per κατασκευασθήσεται, γενήσεται explicare.

